

PRIVILEGIA SVMMORVM PONTIFICVM

Conſtitutiones,

INDVLTA,

Et Decreta.

VRBI FERRARIAE CONCESSA.

Vſque

AD ANNVM DOMINI

M. DC. XXXII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ferrariæ Apud Franciſcum Succium Typographum Cameralem. Superiorum Permiſſu.

Digitized by Google

TYPOGRAPHVS
LECTORI.

SVB feliciſsima Eminentiſsimi, & Reuerendiſs. D. D. Io. Baptiſtæ Cardinalis Pallotti Legatione Vrbis Ferrariæ, eiuſque Ducatus Priuilegia, Indulta, & Decreta memoratu digna, quæ varijs temporibus Summorum Pontificum benignitate conceſſa partìm diſperſa vagabantur, partìm in Archiuio iacebant, nunc præſentis Magiſtratus, Conſilio, & Magni Senatus Decreto in vnum corpus collecta, & Typis excuſſa, in publicum prodeunt; Tùm, vt omnibus pateant ea, quæ Sanctiſsimi Pontifices ad Ducatus Ferrarienſis vtilitatem pertinere cenſuerunt; Tùm etiam, vt ea ſcire volentibus

longæ inquiſitionis labor abſit. Reliquum eſt, vt tu beneuole Lector, diligentiam, per quam Reipublicæ vtilem boni conſulas, ac hilari, libentique animo ſuſcipias. Vale.

ILLV-

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMORVM DD. IVDICIS. ET MAGISTRATVS SAPIENTVM.

Nomina, & cognomina, ſub quorum adminiſtratione hæc impreſſa fuerunt.

D. DONNVS ASCANIVS PIVS DE SABAVDIA Iudex Sapientum, &c.
Thomas Gianninus Philoſophus, ac Med. Doct.
Ioannes Paulus Carpius I. V. D.
Angelus Albinea Matteolius I. V. D.
Æneas Fallatus.
Alphonſus Iſnardus.
Erneſtus Lardius.
Iulius Manzolius.
Laurentius Campius }
Io. Antonius Drapperius } Mercat.

Digitized by Google

SANCTISSIMI
DOMINI NOSTRI
CLEMENTIS PAPÆ VIII.
Breuia, & Indulta,
CIVITATI FERRARIENSI
Conceſſa.



Digitized by Google

INSTITVTIONIS

Capita Centumuiralis, & Magiſtratus Decemuirum.

Conſilium Pont. Max. De ratione Ciuitatis Ferrariæ adminiſtrandæ optimè inſtituenda. pag. 1

De Inſtitutione, atque Auctoritate Senatus Centumuirum. 2

Prima electio LXXXII. Senatorum primi, & ſecundi Ordinis; & de Prærogatiua per electionem, ſiue ordinem ſcripturæ; aut ipſorum Ordinum diſtinctionem nemini concedenda. 2

Nominatio eorumdem primo electorum. 2

De electione reliquorum XVIII. Senatorum tertij Ordinis: Et ex quibus Artificum Corporibus facienda. 3

Vt ſubrogatio XXVII. Senatorum primi Ordinis in vacantem locum Summo Pontifici reſeruetur. 4

Vt electio, ſiue ſubrogatio LV. Senatorum ſecundi Ordinis à Senatu: & XVIII. Senatorum tertij Ordinis à Corporibus Artificum fiat. 4

Nè duo ex eadem familia in Senatorum Ordinem eodem tempore recipiantur, & qui, aut quales eligendi. 4

Officium Magiſtratus Decemuirum, ſiue X. Sapientum, ſi locus aliquis Senatorum XXVII. primi Ordinis intra quodque triennium vacet. 4

Officium in ſubrogatione facienda in locum vacantem LV. Senatorum ſecundi Ordinis: & ordo in ea ſeruandus. 4

De renouatione Conſilij Centumuiralis vno quoque triennio facienda: Et primùm Qui, & A quibus ſinguli Ordines Senatorum renouandi ſint. 5

De ijs, qui triennio proximè præcedente locum in Senatu habuerint, vt ſequenti triennio abſtineant. 5

Officium Magiſtratus Decemuiralis ante renouationem. 5

Quomodo ſecundus Ordo Centumuiralis LV. Senatorum ſit à Senatu renouandus. 6

Quomodo tertius Ordo XVIII. Senatorum ab Artificum Corporibus renouari debeat. 6

De electione Magiſtratus Decemuiralis: Et primùm, Qui ſint in eum ordinem cooptandi: Quo ordine; Quibusuè nominibus diſtinguantur, & appellentur. pagina 6

Vt annalis ſit Magiſtratus, nec quiſquam eum intra triennium iterato gerere poſſit. 9

Inſtitutionis Capita Centumuiralis, &c.

Vnde Decemuiri Sapientes in Magiſtratum aſſumi debeant. 6

Officium Magiſtratus in fine cuiuſque triennij. 7

Quis, & à quo in Conſultorem Magiſtratus per annum tantùm eligi debeat: Et quæ huius Iuriſdictio. 7

Quando, quomodo, Quouè Ordine ſint eligendi. 7

Quando Magiſtratus Decemuirum ineundus; Senatus Centumuirum nouandus; Iuramentum fidelitatis præſtandum. 8

De Habitu, ſeu Veſtitu, ac Reſidentia, & Familia Magiſtratus. 8

De modo congregandi Conſilium publicum Centumuirale: & primum de poteſtate conuocandi Senatum ipſum impetranda. 8

Officium Iudicis Sapientum antequam Senatus Centumuirum indicatur. 8

Quot numero Senatores publicis Conſultationibus ineundis adeſſe debeant. 8

De mulcta Senatori vocato in Senatum, ſine legitima, & probata cauſa non venienti indicenda. 9

De Ordine Seſsionum in Senaculo. 11

De tractandis negotijs in Conſilio; & primum, De relationibus à Magiſtratu Sapientum ante Conſultationem in Senatu faciendis.

De ordine, ac modo dicendi Sententias. 11

De modo faciendi ſcrutinia: Et quæ ſententiæ præualere, aut in ſuffragium mitti debeant. 10

Qui à ſuffragio ferendo ſint remouendi, & de Senatus Conſultis, Decretis, & Sententijs ſcribendis. 10

De auctoritate Magiſtratus Decemuirum: Et primùm, de iuriſdictione Iudicis Sapientum, in Cauſis Ciuilibus, & Criminalibus. 11

De rebus ad publicum Ciuitatis ſtatum pertinentibus à toto Magiſtratu tractandis. 11

De vniuerſa Annonæ procuratione. 11

Vt Præfecti Aquarum cum ſuis Miniſtris auctoritati Iudicis, & Sapientum ſubiecti ſint. 12

Erogatio pecuniæ publicæ, tum ordinaria, tum extraordinaria, quorum auctoritate facienda ſit. 12

De Vrbanis, & Extraurbanis Magiſtratibus, Iudicibus, & Prætoribus, Poteſtatibus, ac eorum Notarijs, Publici Gymnaſij Moderatoribus, Oratoribus, vel Internuntijs, Liberalium Artium Profeſſoribus, & alijs certorum negotiorum Curatoribus Ciuitatis, à ſolo Senatu, ſiue Conſilio eligendis. 12

Vt Prætores, ſiue Poteſtates Vicorum, ac Locorum in Territorio Ferrarien. Ciuilium dumtaxat cauſarum cognitionem habeant; vbi tamen ipſi priùs cum ſuis Notarijs à Legato, ſeu Vicelegato Sedis Apoſtolicæ fuerint approbati. 13

Qui ad Præturas, ſeu Poteſtarias extraurbanas ſint eligendi. 13

Quamdiù Officialium, quos diximus, electio, & functio duret. 14

De

De expenſis extraordinarijs, quæcumque, vel centum libras excedere, vel ad publicum Ciuitatis vſum vtile, aut neceſſariæ ratione aliqua fore videbuntur, nec non publicarum rerum acquiſitionibus, aut alienationibus Centumuirali Senatus Conſulto, deliberationiq́ue reſeruandis: Et de rationibus computorum ab Officialibus exigendis. 14

Quibus ex cauſis Collectas Senatus Conſulto; vel extraordinarias retinere, vel ordinarias augere liceat.

Statutorum Ciuitatis, & Largitionum Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Cardinalis Aldobrandini approbatio; atque noua aliarum donationum acceſſio. 15

Ducatus, Legationisq́ue Ferrarienſis Propagatio. 16

FER.

Digitized by Google

FERRARIAE CIVITATIS

RECTE' ADMINISTRANDAE RATIO.

A' Sanctiſsimo

CLEMENTE VIII. PONT. MAX.

SAPIENTISSIME' INSTITVTA.

Ampliſsimeq; tum lata Ducatus Propagatione, tum publicis, ac priuatis ſummæ pietatis, beneficentiaq; documentis illuſtrata.

CLEMENS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM. Inter præcipuas curas, & ſolicitudines, quas in ſuprema Apoſtolici muneris diuina diſpoſitione Nobis commiſſi functiones, dies, noctesque animo verſamus, poſtquàm nimirùm diuinæ placuit bonitati, vt Ciuitatem, Ducatumque noſtrum Ferrarienſem ad Nos, & Sedem Apoſtolicam nuper legitimè deuolutum pro eadem Sede recuperaremus, ea ſanè cogitatio nunc poſtrema non eſt, qua illud omni ſtudio quærimus, ac contendimus, vt rectam aliquam huius Ciuitatis bene, ac fœlicitèr adminiſtrandæ rationem, ijs etiam, quæ ad dilectos filios Communitatem, ac homines eiuſdem Ciuitatis attinet, æqua, ac ſtabili Conſilij, Magiſtratus, ac Regiminis illius conſtituta forma ineamus. Quod certè eo inter alia conſilio facimus, vt eorumdem

Communitatis, & hominum erga Nos, & Apoſtolicam Sedem fides, & obedientia eo pacto confirmetur, & vt mutua inter eos pax, atque concordia in dies magis augeatur.

De Inſtitutione, atque auctoritate Senatus Centumuirum.

PRO bono igitur Ciuitatis noſtræ Ferrarienſis regimine vnum Conſilium Centumuirorum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò erigimus, & conſtituimus, ipſumque Conſilium vniuerſam Ciuitatem, & Communitatem Ferrarienſem repræſentare, ac deliberationes per dictum Conſilium ſuſcipiendas, & executioni demandandas, cæteraque per dictum Conſilium gerenda, iuxtà tamen facultates infraſcriptas eandem vim robur, & efficaciam obtinere volumus, & ſtatuimus, ac ſi vniuerſus Populus Ferrarienſis in illis præſens fuiſſet, & ſuum vnuſquiſque de Populo conſenſum in eiſdem præſtitiſſet, ipſum vero Conſilium de triennio in trienniũ, vt infrà, renouari, & mutari debere ſtatuimus.

Prima electio LXXXII. Senatorum primi, & ſecundi Ordinis; & de Prærogatiua per electionem, ſiue ordinem ſcripturæ; aut ipſorum Ordinum diſtinctionem nemini concedenda.

PRO Conſiliorum autem dicti Conſilij electione hac prima vice infraſcriptos octuagintaduos Conſiliarios nominamus, & eligimus, nulla perſonarum gradus, ſeu præheminentiæ habita ratione, perinde, ac ſi ſorte extracti eſſent; per eiuſmodi verò electionem, aut ſcripturæ ordinem nemini quoad prærogatiuas præiudicatum eſſe intendimus, ſed vnumquemque, qui hac prima vice in dictum Conſilium cooptatus, aut in numero vigintiſeptem locorum infraſcriptorum noſtræ electioni reſeruatorum compræhenſus non fuerit, in eiſdem terminis Nobilitatis, gradus, & honoris, in quibus antea reperiebantur, iuxtà propriæ conditionis perſonæ, & familiæ ſuæ gradum, conditionem, & ſtatum remanere, minuſq; aliquam ea de cauſa differentiam inter eoſdem, etiam reſpectu electionis ad loca vigintiſeptem præfata conſtitutam eſſe, aut fore declaramus.

Nominatio eorumdem primo electorum.

NOMINA autem Conſiliariorum præſentibus adnotari fecimus, videlicet

Æneam Pium.	*Comitem Alphonſum Turcum.*
Iuliũ Thieni Marchionẽ Scãdiani.	*Comitem Franciſcum Villam.*
Entium Bentiuolum.	*Comitem Hannibalẽ Manfredum.*
Comitem Galeatium Taſſonum.	*Comitem Aloyſium Mõtecucculum.*
Comitem Aloyſium Beuilaquam.	*Comitem Carolum Strocium.*
Comitem Guidonem Calcagninum.	*Comitem Roucrellum Rouerelli.*

Com, tem

Comitem Iulium Sacratum.
Comitem Herculem Muſtum.
Comitem Iulium Cæſarē Varanum.
Comitem Camillum Rondinellum.
Comitem Scipionem Gtiolum.
Comitem Alphonſum Romeum.
Comitem Thadæum Rangonum.
Equitem Camillum Gualengum.
Rubertum de Obicibus.
Ferdinandum Trottum.
Equitem Galeatium Flaſchium.
Antonium Montecatinum.
Comitem Alphonſum Mirolium.
Baptiſtam Muzzarellium.
Camillum Tholomeum.
Petrum Ioannem Bonleum.
Alexandrum Andreaſium.
Equitem Alexandrum Cananum.
Marocellum Marocellium.
Galeatium Riminaldum.
Fabium Fabianum.
Alphonſum Proſperum.
Renatum Catum Doctorem.
Antonium Areoſtum.
Alphonſum Nouariam.
Franciſcum Perondellium.
Alphonſum Naſellum.
Hannibalem Caſtellum
Ioannem Mariam Orobonum.
Fuluium Villaforum.
Iulium Morum.
Timotheum Bendadeum.
Dominicum Corrigiarium Doct.
Alexandrum Magnaninum.
Alphonſum Lauezolum.
Aloyſium Nigriſolum.
Marcum Antonium Calcagneum.
Io. Baptiſtam Boſchettum Doct.
Equitem Baptiſtam Guarinum.
Andream Canalem.
Ioannem Paulum Pochinteſtium.
Ioannem Baptiſtam Gregorium.
Ioannem Paſqualettum.
Ioannem Baptiſtam Coccapanium.
Aloyſium Zerbinattum.
Alexandrum Roſſettum.
Ludouicum Zaualiam.
Alphonſum Braſciaulum.
Thomam Piſtoiam.
Dionyſium Argentium.
Lanfrancum Giannellium.
Hieronymum Curionem Doctorem.
Camillum Giraldum.
Antonium Nigrellum Doct.
Iulium Auricalcum Med. Phyſicum.
Ioā Bapt. Bertazzolum Procuratorem.
Alphæum Prampolinum Doctorem.
Paulum Iſnardum Doctorem.
Comitem Orlandum Criſpum.
Ioannem Baptiſtam Melam.
Franciſcum Rondonium Notarium.
Rugerium Caprilium Notarium.
Alphonſum Guareſcum.
Franciſcum Sbarbaleum Notarium.
Hieronymum Riccium Procuratorem.
Iacobum Angelum Notarium.

De electione reliquorum XVIII. Senatorum tertij Ordinis: Et ex quibus Artificum Corporibus facienda.

RELIQVOS decem, & octo Conſiliarios, ex Mercatoribus, ſeu Artiſt s eligi volumus, eorumque electiones infraſcriptarum ſex Artium Vniuerſitatibus, quæ ſingulæ tres Conſiliarios ex ſuo Corpore, ſeu Collegio eligere valeant, perpetuò concedimus. Artiſtarum ſerici, Drapperiorum, Merciariorum, Nummulariorum, Aromatariorum, Fabrorum, & Aurificum inſimul.

A 2 *Vt ſub-*

Vt ſubrogatio XXVII. Senatorum primi Ordinis in vacantem locum Summo Pontifici reſeruetur.

PRO renouatione verò prædicti Conſilij de triennio in triennium facienda, & occurrente infra triennium alicuius loci vacatione per alicuius mortem naturalem, ſeu ciuilem, viginti-ſeptem Conſiliariorum in primo Ordine deſcriptorum, electionem Nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus reſeruamus.

Vt electio, ſiue ſubrogatio LV. Senatorum ſecundi Ordinis à Senatu: & XVIII. Senatorum tertij Ordinis à Corporibus Artificum fiat.

ALIORVM autem quinquagintaquinque ſequentium electionem ipſimet Conſilio: Et reliquorum decem, & octo ſupradictis Artium Vniuerſitatibus in perpetuum pariter concedimus.

Nè duo ex eadem familia in Senatorum Ordinem eodem tempore recipiantur, & qui, aut quales eligendi.

VERVM volumus, vt eodem tempore duæ perſonæ de eadem familia in numerum Conſiliariorum aſſumi minimè poſſint: vtque in Conſiliarios ij, qui viginti annis minores, aut de legitimo Matrimonio nati non ſint, aut qui Artem aliquam ſordidam, aut vilem per ſe ipſos exercuerint, vel exerceant, eligi non poſſint.

Officium Magiſtratus Decemuirum, ſiue X. Sapientum, ſi locus aliquis Senatorum XXVII. primi Ordinis intra quodque triennium vacet.

OCCVRRENTE igitur vacatione, cuiuſque loci prædicti Conſilij per alicuius obitum, ſi defunctus fuerit de numero vigintiſeptem Cõſiliariorum Nobis, & ſucceſſoribus noſtris, vt præfertur, reſeruatorum, Magiſtratus pro tempore Nos, aut Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem de huiuſmodi vacatione certiores facere, ac pro alterius in defuncti locum ſubrogatione ſupplicare tenebitur.

Officium in ſubrogatione facienda in locum vacantem LV. Senatorum ſecundi Ordinis: & ordo in ea ſeruandus.

SI verò defunctus de numero quinquaginta ad Conſilij electionem ſpectantium fuerit, volumus ſimiliter, vt idem Conſilium ad ſubrogationem alterius in locum defuncti liberè ſeruata hac forma, deuenire poſſit, & debeat. Propoſita enim iàm per Magiſtratum in primo Conſilio vacatione loci, ſiue locorum, quotquot fuerint, quilibet Conſiliarius, qui volu erit, aliquem, aut aliquos pro ratione locorum vacantium, ſiue de eadem cuiuſcumque defuncti familia, ſiue de alia, dummodò requiſitas qualitates habeat,

vel

vel habeant, prout libuerit, liberè nominare poterit, & recepta per Secretarium eiuſdem Conſilij, cuiusque Secretarij nominatione; omnes nominati per ſcrutinia examinabuntur, & illi ſubijciẽtur, & qui maiori votorum numero ſuperior, vel ſuperiores erunt, is, vel ij ad locum, ſeu loca vacantia electi, & ſubrogari cenſebũtur.

De renouatione Conſilij Centumuiralis vno quoque triennio facienda: Et primùm Qui, & A quibus ſinguli Ordines Senatorum renouandi ſint.

PORRO huius Conſilij renouationem de triennio in triennium ſic faciendam eſſe perpetuò ordinamus: Vigintiſeptem Conſiliarij noſtræ, & ſucceſſorum noſtrorum electioni reſeruati in totidem ex eiſdem, aut alijs arbitrio noſtro, & ſucceſsorum noſtrorum eligendis familijs mutabuntur. Alij verò quinquagintaquinque, & reliqui decem, & octo in diuerſas perſonas, diuerſasq; familias per ipſum Conſilium omninò mutari debebunt.

De ijs, qui triennio proximè præcedente locum in Senatu habuerint, vt ſequenti triennio abſtineant.

VOLVMVS autem, vt tàm perſonæ, quàm familiæ, quæ vno triennio etiam per viam ſubrogationis in locum defunctorum in prædicto Conſilio locum habuerint, altero triennio immediatè ſequente à Conſiliarij officio vacare debeant.

Officium Magiſtratus Decemuiralis ante renouationem.

FINE igitur cuiuſq; triennij adueniente, per vnum menſem ante huiuſmodi finem Magiſtratus Nobis, aut Romano Pontifici pro tempore exiſtenti pro noua electione vigintiſeptẽ priorum Conſiliorum ſupplicare teneatur, necnon Conſilio electionem aliorum quinquaginta proponere, & ſupradictis Artium Vniuerſitatibus electionem reliquorum decem, & octo Conſiliariorum intimare curabunt.

Quomodo ſecundus Ordo Centumuiralis LV. Senatorum ſit à Senatu renouandus.

ELECTIONEM autem dictorũ quinquagintaquinque Conſiliariorum ſic fieri debere ordinamus: Conſilio legitimè ad hunc effectum congregato quilibet tam de Magiſtratu, quàm ex Conſiliarijs vnum, qui antecedente triennio in Conſilio locum non habuerit, neque de familia alicuius eorum, qui locum huiuſmodi habuerunt, exiſtant, & qui requiſitas qualitates habeat, Secretario Communitatis ſeorſum nominare poterit, recepta què huiuſmodi nominatione, omnes nominati ſcrutinio ſubijcientur, & finito ſcrutinio, antequàm particularium nomina publicentur, ij demùm vſque ad numerum quinquagintaquinque in Conſiliarios

ſequentis triennij electi cenſebuntur, qui plura Conſiliorum præſentium vota habuerint: Et ſi in primo ſcrutinio numerus huiuſmodi quinquagintaquinque impletus non fuerit, tunc ad nouam aliorum, qui ſupererunt, nominationem, & nouum ſcrutinium eiſdem modo, & forma ſeruatis, procedi volumus.

Quomodo tertius Ordo XVIII. Senatorum ab Artificum Corporibus renouari debeat.

ARtium verò Vniuerſitates intra decem dies poſt intimationem per Magiſtratum ipſis, vt præfertur, factam ad electionem aliorum trium ex qualibet earum Conſiliariorum de diuerſis tamen familijs, formam in huiuſmodi electionibus obſeruari ſolitam obſeruando, omnino deueniant, eaq; facta, Capita ipſarum Vniuerſitatum præfato Magiſtratui electorum nomina præſentent, ſicq; electi, dummodò requiſitas qualitates habuerint (quod iudicio Magiſtratus pro tempore exiſtentis relinquimus) in Conſilio præfato futuro triennio locum habebunt.

De electione Magiſtratus Decemuiralis: Et primùm, Qui ſint in eum ordinem cooptandi: Quo ordine; Quibusuè nominibus diſtinguantur, & appellentur.

MAgiſtratus ex corpore Conſilij eligatur, ſitq; e decem perſonarum, quarum nouem Sapientes, & vnus, qui erit Caput eorum, Iudex Sapientum nuncupentur,

Ut annalis ſit Magiſtratus, nec quiſquam eum intra triennium iterato gerere poſſit.

HI per annum tantùm in Magiſtratu perſiſtant, nec aliquis poſsit iterùm eodem durante triennio ad Magiſtratum aſſumi.

Vnde Decemuiri Sapientes in Magiſtratum aſſumi debeant.

IVdex ipſe Sapientum ex numero viginti ſeptem priorum Conſiliariorum noſtræ, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis electioni reſeruatorum: ſeptem autem Sapiētes ex numero quinquagintaquinque poſteriorum: & reliqui duo Sapientes de numero reliquorum poſteriorum decem & octo Conſiliariorum eligi ſemper debeant,

Quando, Quomodo, Quouè Ordine ſint eligendi.

SED hanc Iudicis, & Sapientum electionem à toto Conſilio legitimè congregato per decem ſaltem dies ante tempus ingreſſus noui Magiſtratus ſic fieri debere ſtatuimus. Iudex Sapientum, aut de ipſius ordine, Secretarius Communitatis, Conſilio electionem faciendam eſſe ſignificare debeat, atque Conſiliarios monebit, vt in huiuſmodi electione id demùm, quod ad publicam v[illegible]

tatem,

tatem, & commune bonum pertinet, intueantur, illiusq; dumtaxat rationem habeant, ac poſtea primi vigintiſeptem Conſiliarij ſcrutinio ſubijciantur, & is, qui plura vota præ cæteris, etiam ad medietatem eorum, qui ibi præſentes fuerint, non aſcendentia ſit, & eſſe debeat Iudex Sapientum. Pari modo pro electione ſeptem Sapientum, quinquagintaquinque poſteriores Conſiliarij ſcrutinio ſubijciantur, & ij vſque ad numerum ſeptem, in quos plura vota conſenſerint, in Sapientes electi ſint, & eſſe cenſeantur. Denique facto ſimili ſcrutinio decem & octo Conſiliariorum Attiſtarum, duo ex illis in votorum numero cæteris Superiores, ac Magiſtratum Sapientum aſſumantur.

Officium Magiſtratus in fine cuiuſque triennij.

IN fine autem triennij, ne contingat in mutatione Conſilij deficere Magiſtratum, poſt factam Conſilij renouationem, Iudex, & Sapientes eius temporis per decem dies ante finem eorum Magiſtratus nouum Conſiliũ congregare, & per ipſum Conſilium Magiſtratum pro Anno futuro, ſupradictis modo, & forma ſeruatis, ſucceſſiuè eligi curabunt.

Quis, & à quo in Conſultorem Magiſtratus per annum tantùm eligi debeat: Et quæ huius Iuriſdictio.

COnſultor Sapientum ex Doctoribus Collegij iuxtà ſolitum eſſe debeat, & per Magiſtratum pro maiore parte votorum el gatur. Is per Annum ſimul cum Magiſtratu officio ſuo intra limites, ac terminos auctoritatis Iudici, ac Sapientibus præfatis, vt infra dicetur, attributæ fungi debeat.

Quando Magiſtratus Decemuirum ineundus; Senatus Centumuirum renouandus; Iuramentum fidelitatis præſtandum.

IVdex, & Sapientes prima vice electi Magiſtratum ipſo die Vigiliæ feſtiuitatis Sanctorum Petri, & Pauli, poſt veſperas inire, ſeu inchoare debebunt, quo die non ſolùm ipſi Iudex, & Sapientes, ſed omnes Conſiliarij, in Eccleſia ad hoc deſignata, coram noſtro, & Sedis Apoſtolicæ pro tempore ibi 'em exiſtente Legato, ſeu Vicelegato, fidelitatis iuramentum in forma præſcribenda ſolemniter præſtabunt, & tunc Magiſtratus, & Conſiliariorum tempus initium habeat, & eo die quolibet Anno Magiſtratus, & ſingulo triennio nouum Conſilium ingreſſum faciet, & iuramentum in eadem forma, in manibus eiuſdem Legati, ſeu Vicelegati præſtabunt.

De Habitu, ſeu Veſtitu, ac Reſidentia, & Familia Magiſtratus.

IVdex Sapientum induat laceinam, ſeu veſtem ſericeam violacei coloris, longam vſque ad genua, cùm manicis inflatis. Sapientes

autem

autem ſagis, aut pallijs nigris ſericeis vtantur, & ſi fuerint Doctores, veſtes talares pariter ſericeas nigri coloris induant; verùm duo vltimi Sapientes Artiſtæ laneis tantùm pallijs vti poſſint. Magiſtratus quotidie in Palatio reſideant: ibidem ſaltem de mane comedant cum prouiſione, & familia eius aſſignandis. Ipſeq; Iudex, aut aliquis Sapientum nunquam Domo exeat, aut Ciuitatem obambulet ſolus, niſi priuatim, & ſine habitu Magiſtratus, & tunc etiam minùs, quàm fieri poterit. Locus autem eorum reſidentiæ is erit, qui de mandato noſtro illis aſſignabitur. Eorum Pediſſequi, & familiares ſolitum amictum verſicolorem, quem liuream vocant, eiuſdem Communitatis geſtent.

De modo congregandi Conſilium publicum Centumuirale: & primum De Poteſtate conuocandi Senatum ipſum impetranda.

CONſilium nunquàm inſcio noſtro, & Sedis Apoſtolicæ de latere Legato, ſeu Vicelegato, aut alio dictæ Ciuitatis Gubernatore, ſeu Primario Superiore pro Sede Apoſtolica Ferrariæ pro tempore exiſtente congregari, neque in illo aliquid proponi, aut ſcrutinio ſubiici, ſine eiuſdem Superioris interuentu, & conſenſu poterit, alioquin totum id, quod attentatum fuerit, ipſo iure nullum, irritum, & inualidum ſit, & eſſe cenſeatur.

Officium Iudicis Sapientum antequàm Senatus Centumuirùm indicatur.

AD Conſilium igitur conuocandum, Iudex Sapientum, per vnum ſaltem diem ante, aut per illud temporis ſpatium quod negotia ferent, Legatum, ſeu Vicelegatum, aut Gubernatorem, ſeu alium Superiorem præfatum certiorem faciet de conuocatione facienda dicti Conſilii, & de negotiis in illo tractandis, & ab eodem licentiam petet, qua habita idem Iudex Conſilium intimari curabit, mandans pulſari Campanam veſperi, & ipſa etiam congregandi Conſilii hora, vt huiuſmodi Campanæ ſigno, omnes Conſiliarii ad illud ſe accerſitos ſciant, & intelligant, quod loco legitimæ intimationis eſſe, & ad accuſandum legitime cuiuſque negligentis contumaciam ſufficere volumus.

Quot numero Senatores Publicis Conſultationibus ineundis adeſſe debeant.

POſt huiuſmodi campanæ ſignum Conſilium legitimè congregatum, cum poteſtate deliberandi, & ſtatuendi cenſebitur, quandocumque ex toto numero centum Conſiliariorum ſexagintaſex conuenerint cum interuentu Superioris, vltrà Magiſtratum, qui ſemper ſaltem pro maiori parte Sapientum intereſſe debeat.

De mul-

De mulcta Senatori vocato in Senatum, ſine legitima, & probata cauſa non venienti indicenda.

QVI verò per infirmitatem, abſentiam, aut aliam legitimam cauſam à Superiore approbandam, non impediti ad Conſilium non acceſſerint, qualibet vice mulctam arbitrio Magiſtratus, non tamen vltra vnum ſcutum declarandam Maſſario Cõmunitatis perſoluant, nec quiſquam eorum aliquod munus Communitatis obire, aut ad Magiſtratum, aut aliud officium eligi poſſit, donec huiuſmodi mulctam integrè perſoluerit, & ſi de eo electionem aliquam fieri contingat, niſi per totum diem ſequentem dictam pœnam ſoluerit, electio facta nulla, & inualida exiſtat: & euenientibus caſibus grauibus in Conſilio tractandis, qui celerem deliberationem requirant, aut in caſu grauis contumaciæ Conſiliariorum Magiſtratus eandem pœnam eius arbitrio augere poterit, dummodò dicta pœna qualibet vice, & pro qualibet perſona duo ſcuta non excedat.

De Ordine Seſsionum in Senaculo.

MAgiſtratus in loco eminenti ſuam ſeſſionem habere debeat, & præfatus Superior ſupra Iudicem Sapientum ſedebit. Iuxtà pedes Magiſtratus ſedebunt Secretarius, Notarius, & alij Communitatis Miniſtri, & Officiales, qui tamen votum non habeant, niſi ex Conſiliarijs fuerint. Poſt Magiſtratum ſedeant Conſiliarii iuxtà eorum gradus, ſeu ætatem, aut ſine aliquo ordine promiſcuè, prout contigerit, quo caſu nemini, vt ſupradictum eſt circa prærogatiuas, aut præheminentias, tàm in Conſilio, quàm in alijs occaſionibus, & locis extra illud præiudicatum vllo modo cenſeatur. Artiſtis tamen loca ſeſſionis, poſt alios omnes nominatim aſſignentur.

De tractandis negotijs in Conſilio; & primum, De relationibus à Magiſtratu Sapientum ante Conſultationibus in Senatu faciendis.

MAgiſtratus pro maiore parte votorum concors, & cum Superioris ſupradicti conſenſu, negotia tractanda per Secretarium Conſilio, cum informatione ad negotiorum cognitionem neceſſaria proponi curabit.

De ordine, ac modo dicendi Sententias.

FActis propoſitionibus, ſinguli Conſiliarij incipientes prius tres vigintiſeptem, & poſt eos alii ſecundùm ordinem præſcriptum in ſuggeſto ad hunc effectum deputato ſuam ſententiam dicere poterunt, & proponere quid quiſque in propoſita materia expediens eſſe iudicauerit. Extra tamen ſuggeſtum nemo in Conſilio ſenten-

ſententiam dicat. Secretarius autem ſingulorum dicta, vel ſaltem eorum ſubſtantiam diligenter, & fideliter in ſcriptis redigat, vt ſuper his ſcrutinium haberi valeat.

De modo faciendi ſcrutinia: Et quæ ſententiæ præualere, aut in ſuffragium mitti debeant.

SCrutinium autem cum Pyſſide, & lapillis, ſeu pilis ſecundùm modum præſcribendum per ſuffragia, ſeu vota ſecreta habeatur. In omnibus electionibus maior votorum Conſiliariorum præſentium numerus attendatur. In cæteris verò cuiuſuis generis deliberationibus, pro reſolutionibus obtinendis diſpoſitio iuris communis obſeruetur. Sapientes, & Conſiliarii omnium Ordinum æquale votum habebunt, præter Iudicem Sapientum, cui pro dignitate in Conſilio duo vota concedimus, in Magiſtratu verò, & inter Sapientes ſimplex tantùm votum habere debeat. Poſt dictam, ſeu expoſitam à quocunque voluerit ſuam in ſuggeſtu ſententiam, Magiſtratus pro maiore parte, vt ſupra, concors eam ſententiam, quæ illis vtilior, & gratior Conſilio fore videbitur, ſcrutinio ſubiici curabunt, & niſi propoſita conſultatio pro votorum numero legitimè approbetur, aliorum conſultationes ad ſimilem Magiſtratus electionem eodem modo ſcrutinio ſubiicientur: quotieſcunque contigerit paria vota inter duas, aut plures perſonas, de quibus pro electionibus, aut aliis de cauſis ſcrutinium factum fuerit, conuenire ipſi concurrentes iterum ſcrutinio ſubiicientur, & eorum alter in quem plura vota conſenſerint, electus ſit, & eſſe cenſeatur. In concurſu plurium perſonarum ad eandem electionem, veluti in renouatione Conſilii: in electione Magiſtratus, & ſimilibus, priùs de omnibus nominatis ſcrutinium fiat, quàm aliquorum vota publicentur.

Qui à ſuffragio ferendo ſint remouendi, & de Senatus Conſultis, Decretis, & Sententiis ſcribendis.

NOminati, aut aliter intereſſe habentes votum dare non poſſint, quinimò vt quiſque liberiùs conſilium dare valeat, è Conſilio exeant, & foris permaneant, donec de ipſis, & eorum negotiis tractatum fuerit. Secretarius, qui ſententias Conſiliariorum in libro ad hoc nominatim deſtinato deſcripſerit, in eodẽ libro ſcrutinia, & deliberationes, tàm obtentas, quàm non obtentas pariter deſcribat, & ex eo ad alium librum, veluti à diurno ad Magiſtralem nuncupatum ſcrutinia obtenta reportando ipſa decreta, ſeu deliberationes factas per extenſum, non tanquàm priuatas ſententias, aut vota vnius particularis, ſed tanquàm communes reſolutiones totius Conſilii annotabit.

De

De auctoritate Magiſtratus Decemuirum: Et primùm, De Iuriſdictione Iudicis Sapientum, in cauſis Ciuilibus, & Criminalibus.

IVdex Sapientum ſolus, & ſine Sapientibus ſolitam auctoritatem ſibi conceſſam à Statuto, ſeu conſuetudine in cauſis Ciuilibus inter priuatos, tàm Ciues, quam Artiſtas, & Comitatiuos, & pro cauſa priuata tantùm in cauſis ciuilibus etiam Hebræorum, & in fraudibus Artiſtarum circa eorum artes, in caſu recurſus, aut alio modo ſibi ab eiſdem Statutis permiſſo exercere poſſit, exceptis tamen caſibus, in quibus pœna corporis afflictiua venerit imponenda, de qua tamen cum voto totius Magiſtratus, & vſque ad pœnam ictuum funis incluſiuè, niſi pro perſonis vilibus in caſibus, qui dilationem, ſeu moram non patientur, vt ſint cæteris exemplo, deliberare debeat, & tunc huiuſmodi pœna irroganda ſemper cum prædicti Legati, ſeu Vicelegati licentia executioni demandari debeat.

De rebus ad publicum Ciuitatis ſtatum pertinentibus a toto Magiſtratu tractandis.

IN omnibus negociis publicum bonum Ciuitatis, aut vtilitatem Communitatis reſpicientibus, aut quouis modo concernentibus Iudex ſolus ſine Sapientibus tractare, vel deliberare non poſſit, ſed vniuerſus Magiſtratus inſimul in his plenam habeat auctoritatem.

De vniuerſa Annonæ procuratione.

AD Magiſtratum huiuſmodi pertineat ſimul cum Iudicibus, & Præfectis Annonæ pro temporum qualitate omnia ipſius Annonæ negotia, commeatus prouiſiones, conſtitutio pretii frumentorum, & bladorum, cæterorumq́. Annonæ generum; necnon ſuperintendentia omnium Artium pro eorum commercio, & negotiatione, & etiam omnium Communitatis officiorum, tàm in ſtatutis comprehenſorum, quàm aliorum ordinariorum, & extraordinariorum quocunque modo ab ipſa Communitate dependentium, in conſtituendo tamen frumentorum pretio, & in prouiſionibus alicuius momenti ad Annonam pertinentibus, & in caſibus grauioribus bonum gubernium totius Ciuitatis concernentibus, Magiſtratus inſcio noſtro, & Sedis Apoſtolicæ pro tempore Legato, ſeu Vicelegato, ac ſine illius conſenſu nihil ſtatuant, publicent, aut executioni demandent.

Vt Præ-

Ut Præfecti Aquarum cum ſuis Miniſtris auctoritati Iudicis, & Sapientum ſubiecti ſint.

OFficiales item, Deputati, ac Miniſtri ſuper Aquis auctoritati Iudicis, & Sapientum ſubalternati, ſeu ſubiecti, vt infra ſuo loco dicetur, exiſtant.

Erogatio pecuniæ publicæ, tùm ordinariæ, tùm extraordinariæ quorum auctoritate facienda ſit.

IVdex Sapientum ſolus mandata pro ſolutionibus ordinariis in Tabella deſcriptis, & per Conſilium ſtabilitis ſubſcribere, ſeu ſtabilire poterit, ſed in rebus, & occaſionibus extraordinariis nullas expenſas facere, neque mandata ſubſcribere, aut expedire pro quacunque etiam minima quantitate valeat. Magiſtratus inſimul pro ſeruitijs Communitatis, & negotiorum publicorum extraordinariè vſque ad ſummam centum librarum, in quacunque vrgenti occaſione, quæ Conſilium expectare non poſſit, & vſque ad ſummam vigintiquinque librarum, prout ijs opportunum videbitur, in quacunque occaſione publica exponere valeat, ſed quandocunque de huiuſmodi extraordinarijs expenſis tractabitur, deliberatio per viam ſcrutinij, per vota ſecreta in Conſilio expediatur, nec idem Conſilium huiuſmodi deliberationem viua voce, aut alio modo, ſub pœna reſtitutionis de eorum, qui in dicto Conſilio interetunt, proprio, capere poſſit.

De Vrbanis, & Extraurbanis Magiſtratibus, Iudicibus, & Prætoribus, ſiue Poteſtatibus, ac eorum Notarijs; Publici Gymnaſij Moderatoribus, Oratoribus, vel Internuntijs, Liberalium Artium Profeſſoribus, & alijs certorum negotiorum Curatoribus Ciuitatis, à ſolo Senatu, ſiue Conſilio eligendis.

AD Idem Conſilium præter electionem Magiſtratus, & noui Conſilij de triennio in triennium, vt ſupra faciendam electionem etiam quorumcunque Oratorum, ſeu Internunciorum ordinariorum, & extraordinariorum ad quæcunque loca deſtinandorum, necnon etiam Aduocati, Procuratoris, Notarij, Secretarij, Theſaurarii, qui Depoſitarius vocabitur, Magiſtri rationum, & cæterorum omnium Officialium, & Miniſtrorum Comunitatis, qui antea à Iudice Sapientum, aut à Sapientibus omnibus eligi conſueuerant, de cætero ſpectare declaramus. Electionem verò Conſultoris, qui ab ipſo Magiſtratu, vtſupra diſpoſitum eſt, dependere debet, ab eodem Magiſtratu fieri debere volumus. Eidem Conſilio etiam concedimus, electionem Iudicis Communis, Iudicis Bladorum, Conſulum, aut Præfectorum Annonæ, Sindici Palatii, Iudicum fori Mercatorum, Iudicis Maſſariæ, Maſſarii

Commu-

Digitized by Google

Communitatis, Præſidentis Regiſtri, Deputatorum ſuper pondere farinæ, Officialium Damnorum datorum, & generaliter omnium Officialium, de quibus fit mentio in ſtatutis Ciuitatis Ferrariæ, exceptis tamen Prætore, ſeu Poteſtate in forma antiqua, Iudicibus Maleficiorum, & Iudice Appellationum, quorum electionem Nobis, & Apoſtolicę Sedi ſpecialiter reſeruamus, Notarij quoque prędictorum Iudicum, & Officialium à prędicto Conſilio eligantur, qui non teneantur propterea aliquam pecunię ſummam Cameræ Noſtrę Apoſtolicę ſoluere, aut reſpondere. Ad idem Conſilium pertineat electio Reformatorum Vniuerſitatis Studij generalis dictę Ciuitatis, & Lectorum publicorum in quacunque diſciplina cum ea ſtipendii aſſignatione, quę eidem Conſilio videbitur, necnon etiam electio Auditorum Rotę, quam Nos in Ciuitate Ferrarię, Camerę noſtrę Apoſtolicę impenſis erigere intendimus, dummodò tamen electio fiat de perſonis, quę non ſint ex Ciuitate, & Ducatu noſtro Ferrarien. ſed nihilominus Status noſtri Eccleſiaſtici ſubditi omninò exiſtant, & alias conditiones habeant, quę in ipſa Rotę erectione latiùs exprimentur. Familia Magiſtratus ab eodem Conſilio ſimiliter eligatur, ſed à ſolo Magiſtratu, cum illi videbitur, dimitti valeat.

Vt Pretores, ſiue Poteſtates Vicorum, ac Locorum in Territorio Ferrarien. Ciuilium duntaxat cauſarum cognitionem habeant; vbi tamen ipſi priùs cum ſuis Notarijs à Legato, ſeu Vicelegato Sedis Apoſtolicæ fuerint approbati.

CVmque Nos eidem Communitati, & Hominibus dictæ Ciuitatis Ferrarien. facultatem eligendi Poteſtates, & Notarios infraſcriptum Terrarum, & Locorũ in Territorio Ferrarien. in perpetuum concedere intendamus, prout per præſentes concedimus, videlicet, Portus, Bondeni, Stellatæ, & Figaroli ſimul vnitas, Maſſæ Fiſcaliæ, Milliarij, Francolini, & Garofali, pro cognitione tamen cauſarum Ciuilium tantùm; volumus, vt idem Conſilium electionem Poteſtatum, & Notariorum prædictorum faciat, factáq; electione Poteſtates, & Notarij à noſtro, & Sedis Apoſtolicæ Legato, ſeu Vicelegato priùs approbentur, & deinde cum litteris patentibus eiuſdem Iudicis Sapientum admittantur.

Qui ad Praturas, ſiue Poteſtarias extraurbanas ſint eligendi.

QVi ad præfatas Poteſtarias eligendi erunt, Doctores Collegij, aut Ciues Ferrarienſes, pro qualitate Locorum eſſe debeant; Notarij verò ex Collegio Notariorum aſſumantur.

Quam diù Officialium, quos diximus, electio, & functio duret.

SED neque hi, neque illi, aut alij quicunque Officiales, quorum electio ad Communitatem pertinebit, debeant vltrà Annum eligi, nec in officio permanere, neque idem Conſilium tempus huiuſmodi aliquo modo valeat prorogare. Excipimus tamen Miniſtros particulares Communitatis, veluti Secretarium, Maſſarium, & omnes de familia Magiſtratus, qui arbitrio Conſilij in eorum Officijs permanere poſſint. Excipimus quoque Reformatores Studij, ac Lectores, Auditores Rotæ, ac Oratores, ſeu Internuncios, qui in eorum muneribus, & legationibus, prout opus fuerit, arbitrio Conſilij pariter remanere valeant.

De expenſis extraordinarijs, quæcumque, vel centum libras excedere, vel ad publicum Ciuitatis vſum vtiles, aut neceſſaria ratione aliqua fore videbuntur, necnon publicarum rerum acquiſitionibus, aut alienationibus Centumuirali Senatus Conſulto, deliberationique reſeruandis: Et de rationibus computorum ab Officialibus exigendis.

IN eodem Conſilio deliberationes circa expenſas extraordinarias Communitati incumbentes, & circa gubernium redditaum eiuſdem Communitatis, tàm in ijs locandis, quàm in quibuſcunque alijs diſpoſitionibus de ijs faciendis capiantur, necnon rationes computorum ab Officialibus exigantur. Et ſimiliter in omnem euentum alienationum, ſeu acquiſitionum, & in omnibus alijs occaſionibus concernentibus commune bonum, & ſeruitium publicum Ciuitatis vltra caſus Magiſtratui nominatim reſeruatos, quid faciendum, ſeu ſtatuendum ſit, in eodem Conſilio diſcutiatur, & deliberetur.

Quibus ex cauſis Collectas Senatus conſulto; vel extraordinarias retinere, vel ordinarias augere liceat.

NEque ſine Conſilij deliberatione collectæ extraordinariæ continuari, neque ordinariæ augeri, niſi pro ſolutione, & extinctione æris alieni, ac pro alijs neceſſitatibus ab eodem Conſilio approbandis vllatenus valeant. Sicq; & non aliter in omnibus ſupradictis faciendum, & obſeruandum perpetuò eſſe, & fore, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, decernimus, declaramus, mandamus, & ordinamus.

Statuto-

Digitized by Google

Statutorum Ciuitatis; & Largitionum Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Card. Aldobrandini approbatio; atque noua aliarum donationum acceſsio.

PRæterea eoſdem Communitatem, & Homines amplioribus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, quæcunque ſtatuta, & ordinationes eiuſdem Communitatis, licita tamen, & honeſta, & ſacris Canonibus, Concilijque Tridentini Decretis, ac libertati Eccleſiaſticæ, debitæq; Nobis, & Apoſtolicæ Sedi obedientię non aduerſantia, & in ea parte qua præſentibus noſtris litteris, & in eis contentis in aliquo non repugnent, eorum tenores pręſentibus pro expreſsis habentes. Donationes quoque ipſis Communitati, & Hominibus, per dilectum filium noſtrum Petrum Sancti Nicolai in Carcere Diaconum Cardinalem Aldobrandinum nuncupatum, noſtrum ſecundum carnem ex fratre germano, Nepotem, in Ciuitate, & Ducatu noſtris Ferrarien. noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legatum, & totius Status noſtri Eccleſiaſtici generalem ſuperintendentem factas, de prouentibus Damnorum datorum, de Appaltu Fornacis vitrorum, necnon de Appaltu collectionis centonum, vulgò Aſſummamento de gli Strazzi per carta, necnon vnius quattreni in ſingulas libras ſalis, quorum prouentus ad ſcuta circiter quatuor millia annuatim aſcendunt, hunc tamen quatreni ſalis, ad noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum, cæteras verò ſupradictas Donationes perpetua auctoritate, & tenore prædictis confirmamus, & approbamus, illiſq; perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos iuris, & facti, ac ſolemnitatum etiam ſub tantis alium, & alios defectus ſi qui in eiſdem interuenerint, ſupplemus. Ac de nouo quatenus opus ſit, prouentus nimirum Damnorum datorum, & Appaltus Fornacium vitrorum, ac Appaltus collectionis centonum perpetuò, Quatteni verò ſalis ad noſtrum, & Sedis prædictæ beneplacitum damus, & elargimus. Et vlteriùs eiuſdem Communitati, & Hominibus Appaltum antiquum Pellium, cum ſolitis Datijs annexis Annonæ, & Carnis qui nuncupantur viui, & mortui, eodem modo, quo nouiſsimè exigebantur, quorum redditus vigintiquinque, aut vigintiſex ſcutorum millia annuatim conſtituere poterunt, perpetuò, necnon etiam facultatem extrahendi ex Ciuitate, & Comitatu Ferrariæ quæcunque frumenta, blada, & legumina, quæ vſui dictæ Ciuitatis, & Comitatus ſupererunt, eaq; ad quęcunque loca etiam extra Statum noſtrum Eccleſiaſticum liberè deferendi, aut extrahi, & deferri faciendi ad quatuor annos, à futuro Anno M. D. XCIX. incipiendos, quatenus tamen interim Ciuitas, & Comitatus, aut Status Eccleſiaſticus pędicti, illorum penuria

non laborent, ita vt huiuſmodi extractionem alij liberè vendere valeant, auctoritate, & tenore ſupradictis Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia ſimiliter donamus, & elargimur, ac titulo puræ, perpetuę, & irreuocabilis donationis, quę dicitur fieri inter viuos, concedimus. Simili quoque modo Datium, vulgò dictum, della Chieſiola, quod ad ſcuta circiter ſeptingenta ſingulis annis aſcendit, pro ſeruitio, & commodo Carceratorum perpetuò damus, concedimus, & elargimur.

Ducatus, Legationiſque Ferrarienſis Propagatio.

DEmum pro maiori dictæ noſtræ Ciuitatis Ferrarienſis honore, ac Legationis Ferrarienſis dignitate, volumus, & eadem auctoritate perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, vt Ciuitas Comaclenſis, ac Terræ, & Loca quæcunque, tàm Romandiolæ, quàm Centi, & Plebis, & alia quæcunque per dilectum filium nobilem virum Cæſarem Eſtenſem, vnà cum prædicta Ciuitate Ferrarienſi nobis, & Sedi Apoſtolicæ reſtituta, poſthac perpetuis futuris temporibus Ducatui noſtro Ferrarienſi vnita, & incorporata exiſtant, necnon ſub Legatione Ferrarienſi ſemper compræhendantur, ac iuriſdictioni dicti Ducatus, & noſtri, & Apoſtolicæ Sedis in dicta Ciuitate pro tempore exiſtentis Legati perpetuò ſubiaceant. Non obſtante fel. rec. Simachi, Pauli Secundi, & quorumcunque Romanorum Pontificum de rebus Eccleſiæ, & Cameræ Apoſtolicæ redditibus non alienandis, necnon re: mem. Pii Papæ Quarti Prædeceſſorum noſtrorum de gratiis qualecunque intereſſe dictæ Cameræ concernen. in dicta Camera infra certū tunc expreſſum tempus regiſtrandis, ita vt pręſentes literæ etiam ſi in dicta Camera nunquam regiſtrentur, nihilominùs perpetuò validę, & efficaces exiſtant, ac prędict s Communitati, & Hominibus ſuffragentur, aliiſq; conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſcunque decretis conſiſtorialibus etiam per Nos quandocunque, & quomodocunque factis, quatenus pręmiſſis in aliquo obſtent, ac eiuſdem Camerę, aliiſque huius noſtrę Ciuitatis Ferrarien. etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cęteriſque contrarijs quibuſcunque.

Datum Ferrariæ, ſub Annulo Piſcatoris die xv. Iunij, 1598.
Pontificatus Noſtri Anno Septimo.

M. Veſtrius Barbianus.
M. Ant. a Valle.
BRECIIO

ERECTIO,
ET CONSTITVTIONES
ALMAE ROTAE FERRARIAE,
Eiuſque Ducatus Auditorij.

A Sanctiſsimo D. N. Clemente Diuina Prouidentia Papa VIII. promulgatæ.

CLEMENS PAPA VIII.

1 AD PERPETVAM REI MEMORIAM. In ſupremo iuſtitiæ throno diuina diſponente clementia conſtituti, illud in primis curare tenemur, vt nimirum noſtris futuris etiam temporibus Iuſtitia omnibus æqua lance miniſtretur; & ad id, vt decet, exequendum iuſti, ac rectiſſimi Iudices, cum opportunis facultatibus deputentur, per quos non ſolùm vnicuique ius ſuum tribuatur, ſed etiam incommodis, ac impenſis litigantium quantùm fieri poteſt, parcatur. His igitur rationibus adducti, ac Populorum Ciuitatis noſtræ Ferrarien. ac aliorum Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum Ducatus, & Dominij noſtrorum Ferrarienſis recto guberno, & felici regimini proſpicere, ac ſingulorum indemnitati, & commodis opportunè conſulere cupientes, præter alia à Nobis in eiſdem Ciuitate, & Ducatu ordinata, vnum Tribunal Iudicum Rotam nuncupandum in dicta Ciuitate Ferrarien. inſtituere decreuimus, in quo cauſæ ciuiles (vt inferiùs diſponetur) cognoſci, & prout iuris fuerit terminari debeant.

2 Motu igitur proprio, & ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in Ciuitate prædicta Ferrarien. vnum Tribunal Audientiæ cauſarum Rotam nuncupandum perpetuis futuris temporibus duraturum, quod conſtare debeat quinque Iudicibus Auditoribus nuncupandis à Conſilio Ciuitatis prædictæ Ferrarien. ſingulo quinquennio eligendis, qui omnes, & ſingulas Ferrar. & Comaclen. Ciuitatum, & quarum-

cunque Terrarum, Caſtrorum, & locorum Ducatus noſtri Ferra-rien. cauſas, lites, & controuerſias ciuiles, meras, & mixtas quo-modolibet actitandas inter Ciues, incolas, diſtrictuales habitato-res, ac Collegia, agricolas quoque, & alios quoſcunque ſub Le-gatione Ferrarien. ſubditos cognoſcere, decidere, ac iudicare poſ-ſint, & debeant auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpe-tuò erigimus, & inſtituimus.

Quoniam verò omnia eo magis ſtabilia redduntur, quo ſolidio-rem, ac certiorem ſtatum, per quem feliciter regi, & gubernari valeant, aſſumunt. Ideircò hoc ipſum Rotæ Tribunal infraſcriptis conſtitutionibus, & ordinationibus perpetuò firmiter obſeruandis fulciendum duximus. Ea propter ſtatuimus, mandamus, & ordi-
3 namus, vt prædicti quinque Rotæ Auditores debeant eſſe Iuris vtriuſque Doctores, nō ex Ciuitate Ferrar. aut aliquo ex locis præ-dicti Ducatus, ex alijs tamen ditionis Eccleſiaſticæ nobis, & Apo-ſtolicæ Sedi immediatè ſubiectæ locis oriundi, ſummæ integrita-tis, prudentiæ, doctrinæ, & experientiæ, non minores natu an-nis triginta, qui ſaltem per quinquennij ſpatium in publica ali-qua inſigni Academia legerint, aut in celebri aliquo loco iudi-cando, vel aduocando foro operam dederint, neque in his mune-ribus obeundis inter poſtremos habiti fuerint, ſed præclarè, ac lau-dabiliter ſe geſſerint.

4 Hos omnes à Conſilio Ciuitatis Ferrarien. ſingulo quinquen-
5 nio (excepta hac prima vice) eligi volumus, & poſtquàm electi fuerint in principio, ſeu ante ingreſſum eorum officij in manibus pro tempore exiſtentis noſtri, & Apoſtolicæ Sedis in Ciuitate, & Ducatu Ferrarien. de latere Legati, ſeu Vicelegati, aut Guberna-toris, aſſiſtentibus Iudice Sapientum, & ipſis Sapientibus Com-munitatis Ferrariæ iureiurando promittunt, ſe ad vnguem obſer-uaturos, non modò has Rotæ Conſtitutiones, verùm etiam om-nes, & quaſcunque Ciuitatis Ferrariæ Prouiſiones, Ordinationes, & Statuta vſu recepta, necnon iuſtitiam, qua decet, ſanctitate, & integritate adminiſtraturos ſub pœnis arbitrio Superiorum infli-gendis in Syndicatu, cui eos omninò finito eorum officio, ſubijci volumus, & in quo non niſi de dolo, fraude, barrataria, iuxta ſty-lum totius Italiæ, & legis diſpoſitionem illos teneri, & de his non niſi in ſingulos inquiri, cum non ſit præſumendum vniuer-ſam Rotam dolum, fraudem, & barata riam commiſſuram manda-mus, & declaramus.

7 Finito autem officio eorum, & vnuſquiſque eorum, volumus eos, vel quenquam eorum poſſe iterum pro alio quinquennio eligi,

vel

vel confirmati, niſi tres partes ex quatuor ſuffragiorum in Conſilio pro noua electione, ſeu confirmatione obtinerent; concedimus verò, vt poſt quinquennium à die eorum officij finiti elapſum, iure, & rectè denuò eligi poſſint.

Et quoniam (vt præmiſſum eſt) Auditores de quinquennio in quinquennium eligendi ſunt, atque perpetuis futuris temporibus obſeruandum, rationiq; conſentaneum viſum eſt, vt vnus ex his, qui præcedente quinquennio in Rota fuit, in eadem ad hoc, vt noui ingredientes faciliùs, & citiùs inſtruantur quinquennio ſubſe-
8 quenti remaneat; propterea ſtatuimus electionem hoc ordine, & modo fiendam; hac enim prima vice Auditores quinque eligentur, quorum officio functo vnus eorum à Conſilio ſeligendus per bien-
9 nium in noua Rota perſeuerabit, alijs autem vicibus quinque Auditorum quidem fiat electio, & vnus eorum, nempè vltimo electus non ſtatim in principio quinquennij Rotam ingredietur, ſed biennio elapſo, & hic ille erit poſtea, qui in Rota ſuccedentis quinquennij per curriculum biennij pro nouis Auditoribus inſtruēdis commoraturus erit, & ita in perpetuis futuris tēporibus obſeruari man-
10 damus. Electionem autem dictorum Auditorum à prædicto Conſilio Ciuitatis Ferrarien. vt præfertur, faciendam incipere volumus poſt præſens quinquennium, in quo Auditores per dilectum filium noſtrum Petrum S. Nicolai in Carcere Diaconum Cardinalem Aldobrandinum nuncupatum, noſtrum ſecundùm carnem ex fratre germano nepotem, ac in Ciuitate, & Ducatu prædictis noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legatum iam electos continuare eorumq; ie quinquennium à die datæ præſentium inchoare, & vt ſe-
11 quitur, finire; Prætorem quoque dictæ Rotæ iam electum per annum ab eadē die datæ præſentium incipien. Præturæ officium iuxta formam inferiùs deſcribendam exercere debere ſtatuimus.

12 Sed quia boui trituranti non eſt os alligandum, & laborum cuiq; præmium condignum eſt proponendum, vt ad illos ſubeundos alacrior reddatur; Nos propterea cuilibet ex præfatis Iudicibus Rotæ Ferrarien. præter Prætorem in ſingulos menſes triginta quinque ſcutorum auri in auro. Prætori verò quinquaginta quinque ſimilium ſcutorum menſtruam prouiſionem ex redditibus, & prouentibus Cameræ noſtræ Apoſtolicæ per Depoſitarium eiuſdem Cameræ in Ciuitate noſtra Ferrarien. cum mandato Legati, ſeu Vicelegati, aut Gubernatoris eiuſdem Ciuitatis pro tempore exiſten-
13 tis perſoluendam conſtituimus, & aſſignamus. Ac præterea volumus, & ordinamus, vt Communitas Ciuitatis Ferrarien. locum Auditorij, in quo Rota fieri debeat, & domos, in quibus præfati Audi-

Digitized by Google

Auditores commodè, & iuxta gradus decentiam honorificè habitare valeant gratis aſſignare teneantur, vtque Curſores eligant, qui in Auditorio prædicto tempore Rotæ aſſiſtere, & illud ab omnibus
14 immunditijs expurgare debeant. Iiſdem præterea Prætori, & Auditoribus, vt ſportulas, & emolumentum quodcunque ſecundùm Statuta Ferrariæ, & munera iuxta conſtitutiones, & conſuetudines Rotæ Bononien. recipere poſſint, permittimus, & gratioſè concedimus Conſtitutione Aldobrandina non obſtante.

15 Præterea quo diligentiùs dicti Auditores cauſis expediendis id quod ſummoperè nobis cordi eſt, operam nauent, diſtinctè eiſdem inhibemus ſub pœnis arbitrio Legati, Vicelegati, aut Gubernatoris imponendis, nè in cauſis coram alijs Iudicibus in Ciuitate Ferrariæ, ac eius diſtrictu, vel alibi in Legatione vertentibus vllo modo conſilium dare, aut aliorum conſilijs ſe ſubſcribere audeant; concedimus autem, vt id in cauſis, quæ extra Legationem tractantur, aliquando facere valeant.

16 Inhibemus præterea ſub eiſdem pœnis, nè à Ciuitate, & Auditorio diebus non feriatis abſque licentia Conſilij abeſſe poſſint, niſi fortaſſe eos, vel aliquem eorum ratione cauſarum, & officij abeſſe oporteret, vel aliquo iuſto impedimento detineretur, quominùs ad Auditorium accedere, & cauſarum expeditioni vacare poſſit, & hoc caſu volumus, vt non obſtante impedimento, vel abſentia, ſi cauſa ad totam Rotam pertineant, alij in eadem procedant, & ſi Ponens reuertatur, vel ceſſet impedimentum, cauſa nondum deciſa, is cauſam ſuam denuò aſſumat in terminis, in quibus eam reperiet, & expediat; quòd ſi impedimentum, vel abſentia in perſona Prætoris contingeret, loco eius ſubſtituatur Auditor ſenior.

Nunc ad Auditorum iuriſdictionem propiùs accedentes principe
17 loco conſtituimus, vt vnus eorum ſit quolibet anno Prætor Ciuitatis Ferrariæ ſenior nempè, hoc eſt, qui primò Auditor electus fuit, qui Præturam vno anno obeat, ac eo prærata functo alij deinceps ſecundùm ordinem, quo electi fuerunt Auditores in Prætura ſuccedant, & vltimus, qui ſecundùm ea, quæ ſuperiùs conſtituta ſunt, anno tertio dumtaxat Rotam ingrediens in noua per biennium remanere debet, primo anno in ingreſſu nouæ Rotæ Præturam adipiſcatur, & ſic de cætero ſemper obſeruetur, excepta hac prima vice, qua ita exigente neceſſitate diſponimus, vt finito quinquennio in Rota noua is perſeueret, quem Conſilium generale elegerit, & hic denuò in ingreſſu nouæ Rotæ Præturam anno primo obtineat.

18. 20. Decernimus autem cauſas omnes primarum appellationum

totius

Digitized by Google

totius Legationis Ferrariæ ad Prætorem ſolùm ſpectare, qui de illis
cognoſcere, easq; ſine debito ſolus terminare debeat, & ſportu-
las, ac emolumenta ſolus quoque percipiat, nec eas, e ùe cum alijs
19 Auditoribus partiri teneatur. Volumusque vt appellationes om-
nes, & quæcunque à ſententijs quorumcunque Iudicum in quibuſ-
20 cunque cauſis ciuilibus, necnon & reductiones ad arbitrium boni
viri, quæ ab arbitris, vel arbitratoribus tàm voluntarijs quàm ne-
ceſſarijs imponerentur in caſibus tamen permiſſis ad dictum Præ-
torem, & eius officium deuoluantur, necnon poſſit cognoſcere
quaſcunque alias cauſas in Ciuitate, & Legatione Ferrarien. pro-
ut Prætor Rotæ Bononienſis, poteſt in Ciuitate, & Legatione Bo-
nonienſi.

21 Statuentes interim, vt vetiti abuſu appellandi coram bonis viris
ceſſante, appellationes omnes coram Iudice, à cuius ſententia ap-
pellatur omninò interponantur, & aliter interpoſitæ non valeant,
nec teneant, niſi verè copia Iudicis haberi non potuiſſet.

22 Decernentes pro celeriori cauſarum expeditione, vt ab inciden-
tibus, & emergentibus, ſuper quibus Prætorem interloqui conti-
gerit in caſibus, in quibus permiſſa eſt appellatio ab interlocuto-
rijs ex forma iuris ſtatutorum, vel prouiſionum Ferrariæ ad Rotam
appelletur, quæ ſine voto Prætoris ipſam appellationem termina-
23 re debeat, ſicuti perpetuò, & inuiolabiliter ſancimus, vt in quibuſ-
cunque cauſis ad Rotam deferendis, in quibus primo loco aliquis
ex Auditoribus iudicauerit, is nihilominus in ea cauſa votum
habeat.

24 Demumq; iubemus, vt cauſæ coram vno Prætore cœptæ, finito
officio, coram eodem quoque, & ab eodem terminentur, dum-
modò proceſſus, & ſcripturæ, antequam Præturæ munus deponat
à partibus præſentatæ fuerint iuxta formam ſtatutorum, & proui-
ſionum Ferrariæ, declarantes id quinquennio durante locum ob-
tinere, & cauſas coram vltimo Prætore cœptas, non coram eo-
dem, & ab eodem, ſed coram Prætore nouæ Rotæ, & ab ipſo fi-
niendas eſſe.

25 Ad Rotam autem ſpectare diſponimus cauſas omnes viduarum,
pupillorum, ac omnium miſerabilium perſonarum, ſecundùm ta-
men diſpoſitionem l. vnicæ. C. quand. Imper. inter pup. & non ali-
ter, necnon dotium, & alimentorum, ac prætereà omnes cauſas
cumulatiuè, tamen quoad Locumtenentem generalem cauſarum
Ciuilium Legati, Vicelegati, aut Gubernatoris, quæ ex forma ſta-
tutorum, ordinum, ac prouiſionum Ferrariæ cognoſci debent, ac
terminari, appellatione remota, exceptis ijs, quæ ratione perſonæ

agen-

agentis, vel conuentæ, vel ratione cauſæ ex forma eorumdem ſtatutorum, ordinum, ac prouiſionum, vel priuilegij alicuius forum habeant particulare, & coram Iudice aliquo particulari tractari, & definiri debent. Inſuper concedimus, & indulgemus eidem Rotæ cognitionem ſecundarum appellationum nedum à ſententijs Prætoris, verumetiam quorumcunque Iudicum totius Legationis, & Ducatus Ferrariæ, & volumus vt ipſæ ſecundæ appellationes etiam totius Legationis omninò ad Rotam deuoluantur, dummodò quo ad eas extra Ciuitatem valor cauſæ excedat aureos centum à libris quatuor. Necnon poſſint dicti Auditores cognoſcere quaſcunque alias cauſas in dicta Ciuitate, & Legatione Ferrarien. prout poſſunt
26 Auditores Bonon. in Ciuitate, & Territorio Bononien. Declarantes cauſas omnes prędictas etiam cum voto Prætoris decidendas eſſe, exceptis appellationum cauſis, quæ ab eius ſententiis interponentur, vt præmiſſum eſt.

27 In prædictis verò omnibus, tàm Prætorem, quàm Rotam in procedendo ſummariè, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicii ſola facti veritate inſpecta, procedere poſſe: In decidendo verò prouiſiones, conſtitutiones, & ſtatuta Ferrariæ ab iiſdem obſeruari debere præcipimus, exceptis cauſis locorum, ac Ciuitatum Legationis, in quibus ſtatuta, & prouiſiones eorum, earumq; particularia ad deciſoria pertinentia; ſi quæ, vel quas haberent, ſeruari mandamus.

28 Et quoniam vt ſępenumerò dictum eſt, properamus ad cauſarum finem, & litium amputationem, iubemus, vt ſtatuti Ferrariæ ordine prætermiſſo, tàm Prętor, quàm Rota, in cauſis coram eis vertentibus Curatores, & Tutores decernendi poteſtatem habeant, hæreditatibusq; iacentibus, & vacantibus, abſentibus minoribus, & pupillis, & alijs quibuſcunque, qui Curatore, ſeu Tutore indigerent, ita tamen vt Tutoris, & Curatoris electio præſentibus per binas cedulas cum debito vnius diei interuallo notificetur, & abſentibus, ac hæreditatibus iacentibus, & vacantibus ſuper Podiolo Palatij Ferrariæ alta voce, & ſono cornu præmiſſo, & cedula poſtea affigantur valuis eiuſdem Palatij, & ſi ij, quibus Tutor, vel Curator decretus fuerit, comparuerint, & Curatorem alium, vel Tutorem petierint, vel Tutorem, ſeu Curatorem ſibi legitimè conſtitutum nom nauerint, teneatur Prætor, vel Rota alium dare, vel mandare, vt cum Tutore, vel Curatore nominatio iudicium peragatur.

29 Et cum aliquando vſu veniat, vt ob negligentiam litigantium inſtantia appellationis pereat, fiatque ipſa appellatio deſerta, ma-

gna

gni ſæpe cum negligentis iactura qui plerumque in meritis ius fouet optimum; Nos æquitatem præ oculis habentes decernimus, vt lege, ſtatuto, vel conſtitutione aliqua non obſtante, facta prius executione ſententiæ, à qua fuerat appellatũ & refectis pariter expenſis, vſque ad quadrantem, is, cuius appellatio deſerta fuit, ſuper meritis audiatur per viam reſtitutionis in integrum committẽdæ à Legato, ſiue à Prolegato pro tempore. Declarantes id ſemel obſeruandum; nam iterum deſerta appellatione ſententiam in iudicatum omninò tranſire, & plenum ſortiri effectum, mandamus, ne cauſæ in infinitum protrahantur. Et cum accidere poſsit vt ſententia prima retractetur. Ideò volumus, vt pars in cuius gratiam fiet executio prædicta, idoneè cauere teneatur de reſtituendis omnibus, quæ de iure eam reſtituere oportebit in caſu ſuccumbentiæ, & retractationis.

30 Poſtremò à ſententijs omnibus, & quibuſcumque, quas Rota, vel huius noſtræ Conſtitutionis tenore, ac virtute, vel alias ex noſtra, aut vt nullo modo poſsit appellari, de nullitate quantumuis notoria dici, vel opponi, ſupplicari, nec recurſus peti, vel concedi, aut etiam ad Sedem Apoſtolicam reſtitutio eſſlagitari, etiam ex capite minoris ætatis, aut officiũ Iudicis implorari, vel quoquomodo illis contrariari poſsit, ſed prouulgatę extiterint, omnimodo executioni demandari debeant, & caſu, quo propter aliquam grauiſſimam cauſam, remedium aliquod aduerſus prædictas ſententias concedendum ſit, ſtatuimus nullum aliud concedi poſſe præter ſolam reuiſionem ad eandem Rotam coram eiſdem Auditoribus, quibus vt voluerimus neminem adiunctum, ſed ipſis vni ſingulis eum opus fuerit de eadem Rota tantum adiunctum dari volumus, quoniam id vnum noſtræ Ciuitati Ferrariæ, ac eius diſtrictui, ac Lega-
31 tioni indulgemus, vt cauſæ illius ne vllo vnquam tempore ſub quouis prætextu, aut quæſito colore, vel cauſa quantumuis graui extrahi poſsint à Ciuitate ipſa, etiam ad Curiam Romanam, ſed in ea, atque in ipſius Rota quam in eius gratiam, & in ſignum noſtræ erga illã dilectionis ereximus, decidi debeãt, & ſine debito terminari, Camerali obligatione, & alijs quantumuis vrgentioribus quibuſ-
32 cunque non obſtantibus. Concedentes ipſi Prætori, & Auditoribus facultatẽ reaſſumendi cauſas omnes prædictas, etiam à quibuſcunque Iudicibus, & Tribunalibus, quoties opus fuerit, illasq́; etiam in ſtatu, & terminis in quibus reperientur, proſequendi, ac ſub pœnis arbitrarijs in Legatione, & extra inhibendi, ac prædictas pœnas exequendi.

Nunc cum Auditoribus iuriſdictionem concеſſerimus, non abre eſt

re eſt, vt certam quoque formam, qua citiùs, & accommodatiùs lites expedire valeant, eiſdem præſcribamus.

33 In primis itaque volumus, vt Prætoris, quem ſupremum Rotæ, ac Ciuitatis Magiſtratum conſtituimus, partes ſint cauſas omnes
34 Rotales ſorte diuidendi inter Auditores, quos Auditores, & Prætorem ſingulos Iudices cauſarum ſuarum ordinarios deputamus, ita tamen, vt abſque voto Collegarum, nec ad terminationem cauſarum, nec articulorum quidem releuantium deuenire queant.

35 Sportularum verò, ac emolumentorum per Notarium fiat diuiſio, & idem Notarius lata ſententia ſingulis Iudicibus, ſeu Auditoribus ſuam det portionem. Prætore tamen nullam portionem in ſportulis, ac emolumentis ſecundarum appellationum ſibi vendicante.

36 At quia Iudex cauſæ, quem Ponentem vocari volumus, ſatis elaborabit in ſtudendis proceſſibus cum velimus ab eo ſtatum, & merita cauſæ digeſta Coauditoribus proponi, & ideò quæſtionum reſolutioni commodè vacare non poterit, ſtatuimus, Ponentem ipſum nullum habere votum in cauſa ſua, ſed iuxta maioris partis Coauditorum votum, quemcunque articulum, & ipſam cauſam diffiniri teneri, niſi tamen Auditores eſſent diſcordes, & vota forent æqualia, quo caſu diſponimus, vt tunc votum habeat cum vni parti adhærere teneatur.

37 Volumus autem dictam Rotam fieri bis in hebdomada, videlicet die Lunæ, ac Veneris ſummo mane, ac ſi dies Lunæ fuerit feriata, mandamus eam fieri Mercurii, ac Veneris proximas; ſi autem dies Veneris feriata fuerit, & dies Lunæ eiuſdem hebdomadæ fuerit iuridica, tunc fiet ipſis diebus Lunæ, & Mercurii, & in ſumma bis in hebdomada diebus non feriatis fieri decernimus, ita tamen vt pro vnaquaque Rota vno die partes cum Aduocatis, & Procuratoribus informent ſingulos Auditores domi relictis etiam informationibus in ſcriptis, & Ponenti duplicatis, vt parti petenti copiam dare poſſit; & vnuſquiſque in ſero eiuſdem diei ad omnes Coauditores tranſmittat ſua dubia, quæ proponere decreuerit in proxima futura Rota; ſequenti verò die cauſis ſtudeant, & memorialia partium ſuper reſponſione informationibus die præcedenti datis accipiant; tertia verò die eas quoad fieri poterit decidant numerum autem cauſarum, & articulorum emergentium proponendorum, & proponendarum in qualibet Rota arbitrio ipſorum Auditorum relinquimus, & relaxamus.

Vt autem dubiorum inanium otioſa euitetur diſputatio ſancimus, vt cauſa in Rotam introducta actor porrigat Ponenti ſuum memo-

memoriale ſuper dubio diſputando, quod iuxta naturam, & exigentiam celerioris expeditionis cauſæ formabit, partem aduerſam coram eo Iudice citabit ad concordandum de dubio, & ipſa parte compatente, & illud acceptante ipſi dubio ſubſcribet, copiamque vtrique parti concedet, vt ſuper eo informare valeat, quòd ſi alia pars non cōparuerit Iudex duplicatam dubii copiam inſtanti ſubſcribet, vt vnam penes ſe retinere, aliam ſuo aduerſario per Nuncium notificare, & tranſmittere poſſit. Et ſi in acceptatione dubii partes diſcordes fuerint, ipſe Ponens eas, vt ſibi iuſtum videbitur, concordare ſtudebit, & altera parte petente, quatenùs ſic res poſtulet ſuper dubio dando adhibebitur votum totius Rotæ.

38 Termini citationum pro perficiendo proceſſu corā eiſdem Auditoribus finita ſtatim Rota per Notarios actuarios, & Procuratores ſeruabuntur, quos Auditores proſeruato habere poſſe infra decemdium proximum etiam domi declarantos decernimus.

39 Ac vti faciliùs depoſitiones teſtium inſpiciantur, & nè Auditores magis, quàm expediat, fatigentur, mandamus quoties ab vtraque parte, vel altera earum examinati fuerint, & Ponenti viſum fuerit, eorum dicta in ſummarium redigantur, & quoniam à nemine accuratiùs perpenduntur, quàm à partibus intereſſe habentibus, fiet ab Actore Summarium, illudq; Ponenti exhibebit, & pars aduerſa coram eo citabit ad concordandum de Summario, aliàs videndum pronunciari, ſtari debere ſummario per inſtantem porrecto, ac illud per dictum Ponentē ſubſcribi, & aduerſario comparente ſi approbabit ſummarium, erit concordatum, ſin minus addet, vel minuet in folio ſeparato, prout viderit conuenire, & ipſe Ponens differentias dirimat, ipſiusque ſummarii copiam ſingulis Auditoribus à Ponente ſubſcriptam partes exhibebunt.

40 Citationes autem productæ ad concordandum de dubio, & ad concordandum de ſummario, nolumus quòd in actis redigantur, nec aliæ citationes, ac intimationes, quæ non ſint neceſſariæ ad validitatem iudicii, ſed neceſſariæ dumtaxat.

41 Demumque poſt cauſarum expeditionem teneatur Rota parti petenti in cauſis exceden. ſummam ſcutorum ducentorum tradere deciſionem; In cauſis videlicet executiuis infra decem dies continuos; in cæteris verò quibuſcunque infra triginta dies continuos à die Prolationis ſententiarum in dictis cauſis immediatè decurrendos.

42 Et quoniam Rotæ Tribunal tanquam ſupremum in iudicando in Ciuitate, & tota Legatione, meretur aliquam prærogatiuam: ideò ſancimus vt Prętor Rotæ in omnibus actionibus tàm publicis,

quàm priuatis præcedere debeat cæteros Iudices tàm Ciuitatis, quã totius Legationis etiam Locatenentes generales cauſarum ciuilium, & criminalium, quos poſt Pretorem ſupra cæteros Auditores incedere, vel ſedere volumus; Auditores verò ipſius Rotæ præcedere volumus omnes, & quoſcumque Iudices ipſius Ciuitatis, & Legationis præter ipſos duos Locatenentes nunc, & pro tempore generales ſupradictos. Necnon eoſdem Prætorem, & ſingulos Au-
43 ditores Rotæ immunes conſtituimus à portu literarum, & ab omnibus datijs, gabellis, ac grauaminibus quibuſcunque. Inſuperq́. etiam potiri volumus omnibus priuilegijs, immunitatibus, præheminentijs, & prærogatiuis, quibus Conſiliatij Iuſtitiæ in quorum locum ipſi Prætor, & Auditores ſubrogantur hucuſque potiti ſunt. Demum eidem Rotæ Ferrarien. eiuſq́. Prætori, ac ſingulis Auditoribus, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs, facultatibus, & præheminentiis, quibus Rota Bononien. eiuſq́ Prætor, & Auditores quomodolibet fruuntur, potiuntur, & gaudent, pari modo, & abſque aliqua differentia frui, potiri, & gaudere poſsint, & valeant, perpetuò concedimus, & indulgemus. Declarantes quatenus dictę facultates, & priuilegia Rotæ Bononien. & Conſilii Iuſtitiæ olim Ducalis eſſent minora ſupra expreſsis, & ipſa Rota Bononien. minori priuilegio, & facultate potiretur quam ipſum Conſilium Iuſtitiæ, & è contra nullatenus intendimus maiori priuilegio derogare, ſed prout per prædicta, & vnumquodque eorum vberiùs prouiſum eſt, eo maiori etiam priuilegio, immunitate, præheminentia, emolumento, prærogatiua, facultate, & gratia Rotam noſtram Ferrar. eiuſque Prætorem, & ſingulos Auditores decorare, illiſque potiri decernimus, & mandamus.

44 Cæterum dilectum filium noſtrum Petrum tituli Sancti Nicolai in Carcere Diaconum Cardinalem Aldobrandinum nuncupatum noſtrum ſecundùm carnem ex fratre germano Nepotem quoad vixerit, in dictæ Rotæ, & eius Prætoris, ac Auditorum, eorumq́; iurium, & priuilegiorum, ac indultorum quorumcunque Protectorem cum omnimoda facultate, & auctoritate omnia, & ſingula, quæ ad Prætoris, & dictorum Auditorum officium quomodolibet vigore præſentium, & alias de iure, vel conſuetudine ſpectant, & pertinent, & quæ alij ſimiles Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales Protectores facere, & exercere poſſunt, & conſueuerunt faciendi, dicendi, & exercendi dicta auctoritate perpetuò etiam conſtituimus, & deputamus.

Decernentes præſentes literas ex quacunque cauſa nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio

tio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, ſiue eas infringi, inualidari, ſeu reuocari poſſe: ſed illas ſemper, & perpetuò validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuosque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, necnõ inuiolabiliter perpetuò obſeruari. Sicq; per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios etiam eiuſdem Palatij Apoſtolici cauſarum Auditores, & eiuſdem Ro-
45 manæ Eccleſiæ Cardinales etiam de latere Legatos, ſeu Vicelegatos, aut Cameræ Apoſtolicæ Præſidentes, & Clericos, vel quoſuis alios; ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbiq; locorum iudicari, defi-
46 niri, & interpretari debere. Irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

47 Ac mandantes omnibus, & ſingulis totius Status Eccleſiaſtici prædictis Commiſſarijs, Gubernatoribus, Poteſtatibus, & eorum Locatenentibus, Legatis, Vicelegatis, necnon Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis Filijs eorum Vicariis in ſpiritualibus generalibus, ac aliis iuriſdictionem exercentibus quibuſcunque, vt quoties ſuper hoc fuerint requiſiti, ſententias, decreta, ſtatuta, ſequeſtra, mandata, exequutoriales literas, remiſſoriales, citationes, & alia à dicta Rota, & eius Auditoribus emananda pro tempore omnibus opportunis remediis executioni demandari faciant realiter, & cum effectu prout opus fuerit, & eis commiſſum extiterit.

48 Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & præſertim facultatibus dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori conceſſis, ac ſupradicta Conſtitutione Aldobrandina, necnon eiuſdem Ciuitatis Ferrarienſis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, legibus etiam municipalibus, vſibus, & natur s; Priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis etiam eiſdem Prouinciæ Ciuitatibus, Oppidis, Terris, Caſtris, Villis, & locis eorumque Communitatibus, Vniuerſitatibus, Iuriſdictionibus, Gubernatoribus, Poteſtatibus, Officialibus, & Incolis, & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio ad hoc ſeruanda foret, eorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum

exprimerentur, & insererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & incertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſpecie ſpecialiter, & expreſsè motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæterisque contrarijs quibuſcunque.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Anulo Piſcatoris, die xxix. Maij 1599. Pontificatus Noſtri Anno Octauo.

M. Veſtrius Barbianus.

Locus ✠ Sigilli.

49 Die 2. Iunij 1599. ſupraſcriptum Breue in plena Camera Apoſtolica præſentatum fuit, illudque de ipſius Camera decreto Reuerendiſſimo D. Horatio Ceulo dictæ Cameræ Clerico, commiſſum, & ſucceſſiue die 14. eiuſdem Cameræ ipſa citato deſuper Illuſtr. D. Laudiuio Zachia dictæ Cameræ generali Commiſſario, referente prædicto Reuerendiſſimo D. Ceulo illud admiſit, & in eiuſdem Cameræ libris regiſtrari mandauit, prout regiſtratum fuit, ſcilicet libro primo Signat. Sanctiſsimi Domini Noſtri, fol. 252. & collat. concord.

Ludouicus Martini Cam. Apoſt. Not.

50 Public. in Offic. Illuſtriſſimæ Communitatis Ferrariæ, in loco Reſidentiæ Conſilij Illuſtriſs. Magiſtratus eiuſdem Ciuitatis, per me Albertum à Moneris Not. Sapientum, de ordine Illuſtriſs. Dom. Cardinalis Collegati, & D. Com. Aloyſij Montecuccoli Iudicis, & Magiſtratus Sapien. Ferrariæ, exiſtentium in eorum publica audientia, & aſtante maiori parte Cauſidicorum cum frequenti Populo, præſentibus dictæ publicationi Illuſtrib. DD. Annibale Caſtello, Alphonſo Lauezolo nobilibus Ferrarienſibus, & Magnifico D. Petro Ioanne Barano altero ex Magiſtris rationum dictæ Cõmunitatis Ciuc Ferrariæ, & alijs, &c. Anno à Natiuitate Domini Noſtri

Noſtri Ieſu Chriſti Milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono, Indictione duodecima, die verò xix. menſis Iulij, Pontificatus Sanctiſſimi Domini Noſtri Diuina prouidentia Papæ Octaui, Anno Octauo.

51 Et quæ Conſtitutiones priùs ab Illuſt. D. Ioanne Paulo Nichio Sauonen. vno ex dictæ Rotæ Auditoribus earum muneri Præfecto ſub prænarrato tenore procuratæ, & in forma Breuis Apoſtolici expeditæ, præſentatæ fuerunt dictis Illuſtriſs. DD. Iudici, & Magiſtratui, die decima prædicti menſis, & anni.

Digitized by Google

INDEX.

CONSTITVTIO eſt edita ad perpetuam rei memoriam. num. 1
Motu proprio, ex certa ſcientia, & de poteſtatis plenitudine Pontifex erigit Rotam Ferrariæ quinque Auditorum. 2
Requiſita Auditorum eligendorum. 3
Electio Auditorum, ad quos ſpectet. 4
Iuramentum ab Auditoribus præſtandum, & illius forma. 5
Syndicatus Auditorum. 6
Quando pro alio quinquennio veteres Auditores eligi poſſint. 7
Finito officio Auditorum primi quinquennij, vnus ex eis à Conſilio ſeligendus per biennium in ſuccedente quinquennio perſeuerabit. 8
Et ex illorum ſucceſſoribus, vltimo electus quando ingredi, & egredi debeat. 9
Conſilium incipit eligere Auditores poſt primum quinquennium a data præſentium incipien. 10
Prætoris officium conceditur ad annum à data præſentium. 11
Aſſignatio ſalarij Prætori, & Auditoribus. 12
Communitas Ferrar. quæ gratis Auditoribus aſſignare teneatur. 13
Prætori, & Auditoribus ſportulæ, & emolumenta iuxta Statuta Ferrariæ, & munera iuxta Conſtitutiones, & conſuetudines Rotæ Bononienſis concedantur. 14
Auditoribus in cauſis tantùm, quæ extra Legationem tractantur, aliquando conſulere, ac aliorum conſilijs ſubſcribere permittitur. 15
Diebus iuridicis ab auditorio abeſſe Auditores non poſſunt niſi ex iuſta cauſa, & tunc in cauſis Rotalibus alij interim procedunt, & quid ſi abſentia accidat in perſona Ponentis, ſeu Prætoris. 16
In Præturam ſuccedunt Auditores ſecundùm ordinem electionis, & Auditor remanens in noua Rota primo anno ipſius nouæ Rotæ Præturam obtinet. 17
Quas cauſas cognoſcet Prætor Rotæ. 18. & 20
Prætor emolumenta ſuarum cauſarum ſolus percipit. 19
Appellationes debent interponi coram Iudice ſententiæ latæ, ſi verè copia Iudicis haberi poteſt. 21
Ab interlocutorijs Prætoris ad Rotam appellatur in caſibus permiſſis, & appellationis cauſa ſine voto Prætoris terminatur. 22
Auditor habet votum in cauſa Rotali, in qua pronunciauit. 23
Quando cauſæ coram vno Prætore cœptæ, finito officio, coram eodem terminari poſſint. 24
Cauſæ ſpectantes ad Rotam. 25
Cauſæ Rotales cum voto Prætoris deciduntur niſi in caſu. 26

Facul-

Facultas Prætoris, & Rotæ in procedendo, & decidendo. 27
Prætoris, & Rotæ facultas, ac forma decernendi Tutores, & Curatores. 28
Reſtitutio aduerſus peremptam inſtantiam quomodo conceditur. 29
Sententiæ Rotales executioni demandatur ſe mota appellatione, & alijs quibuſcunque, ſed propter grauiſſimam cauſam datur reuiſio ad eandem Rotam, cui non datur adiunctus, ſecus tamen Auditoribus ſingulis. 30
Cauſæ non extrahuntur à Ciuitate. 31
Facultas Prætoris, & Auditorum reaſſumendi ſuas cauſas à quibuſcunque Iudicibus, & Tribunalibus, & illas etiam in terminis, in quibus reperiuntur proſequendi, ac inhibendi. 32
Dignitas Prætoris, & Officium. 33
Prætor, & Auditores conſtituuntur Iudices ordinarij in ſuis cauſis: ſed non terminant eas, nec articulos releuantes abſque voto Collegarum. 34
Sportularum, & emolumentorum diuiſio. 53
Ponens non habet votum in ſua cauſa, niſi in caſu. 36
Quando, & quoties fieri debeat Rota, & modus eidem præſcriptus. 37
Termini citationum quando ſeruandi, & declarandi. 38
Teſtificata in ſummarium rediguntur arbitrio Ponentis ſeruata præſcripta forma. 39
Citationes, & intimationes, tantùm neceſſariæ ad validitatem iudicij in actis redigen. ſunt. 40
Pro qua ſumma, & quando debeat dari deciſio. 41
Præcedentia Prætoris, & Auditorum. 42
Immunitas, & Priuilegia eorumdem. 43
Deputatio Illuſtriſſ. Card. Aldobrandini in protectorem Rotæ. 44
Clauſula ſublata. 45
Decretum irritans. 46
Clauſula executorialis. 47
Remotio obſtantiarum. 48
Admiſſio Breuis in Camera Apoſtolica, & regeſtatio eiusdem de mandato. 49
Publicatio. 50

Præſentatio Conſtitutionum à Io. Paulo Nichio Rotæ Auditore earum muneri Præfecto Illuſtriſs. Iudici, ac Magiſtratui Sapientum. 51

CON:

CONSTITVTIO

Sanctiſsimi D. N. D. Clementis Papæ Octaui, Super ſolutione Cenſuum præſentis Anni 1598.

CLEMENS PAPA VIII.

M*OTV PROPRIO, &c.* Cum Feudatarij Emphiteotæ, & Cenſuarij cenſus ſoluere habentes in vigilia, ſeu feſto Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum occaſione feudorum, vel aliorum bonorum, ſeu priuilegiorum, aut ex alia quauis cauſa, Sedi, & Cameræ Apoſtolicæ illos iuxta tenores Inueſtiturarum, & Conceſſionum Rom. Pontif. ex conſtitutione fel. rec. Gregorij Papæ XIII. prædeceſſoris Noſtri in Camera Apoſtolica ſoluere teneantur. Nos ad præſens in Ciuitate Ferrarienſi, vbi quoque pars Clericorum, & aliorum Officialium dictæ Cameræ vna cum Dilecto filio Bartholomæo Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali Ceſio nuncupato Procamerario ad id deputato conſiſtit degentes, nè ab aliquibus dubitari contingat, vbi prædicta ſolutio fieri debeat, omnium Commoditati, conſulere volentes Tenore præſentium declaramus pro præſenti Anno 1598. ſolutiones omnes cenſuum prædictorum, vel in Camera Apoſtolica in Vrbe, vel Ferrariæ in loco ad id pro Camera Apoſtolica per dictos Cardinalem Procamerarium Theſaurarium, & Clericos deputato factas validas eſſe, & ſic ſoluentibus ſuffragari in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi forma conſtitutionis Gregorii huiuſmodi adimpleta, & ſolutiones huiuſmodi in Vrbe in dicta Camera Apoſtolica factæ fuiſſent. Non obſtante dicta Conſtitutione, ac aliis prædeceſſorum ſuper huiuſmodi &c. nec non Inueſtituris, &c. quorum Tenores, &c. Quibus omnibus, & ſingulis pro hac vice tantum quoad premiſſa dumtaxat, &c. ſpecialiter, & expreſsè derogamus. Volumus autem quod ſola ſignatura præſentis Motus proprii cedulæ in Camera Apoſtolica hic Ferrariæ, vel in Vrbe per vnum ex Notariis dictæ Cameræ regiſtratis, etiam litteris non expeditis ſufficiat, ac per duos Curſores noſtros ad Eccleſiæ

Cathe-

Digitized by Google

Cathedralis Ferrarienſis, ac in Vrbe ad Cameræ prædictæ valuas, & in acie Campi Floræ affixa, omnes afficiat, &c.

Clemens PP. VIII.

Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti milleſimo quingenteſimo nonageſimo octauo, Indictione vndecima, die verò vigeſima Menſis Maij. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis Diuina Prouidentia Papæ Octaui, Anno eius ſeptimo ſupradictæ litteræ Apoſtolicæ publicatæ, & affixæ fuerunt ad valuas Eccleſiæ Maioris Ferrarienſis demiſſa copia affixa, vt ſupra nos Laertium Cechettum, & Ioan. Baptiſtam Bagni Apoſtolicos Curſores, &c.

Dominicus Gugnettus Magiſter Curſorum.

Regiſtrat. per me Ludouicum Martini Cameræ Apoſtolicæ Not.

CHIROGRAFFO
Di Noſtro Signore
PAPA CLEMENTE VIII.

Nel quale comanda, che ſiano inueſtiti quelli Cittadini, che aueuano Molini, Poſte, Paſsi, Hoſterie, &c.

REVERENDISSIMO Cardinal Ceſis Procamerlengo, Theſauriere, e Chierici della Camera. Ritrouandoſi nella Città, e Legatione di Ferrara diuerſe Perſone, à quali dalli Duchi, e Prencipi di Caſa d'Eſte, erano ſtati conceſſi diuerſi Mollini, & loro Poſte, & altri Paſſi, Hoſterie, & altre facoltà di far Beccarie, Pane, Peſcare, & altri beni, con ſimili, ò altri priuileggi d'eſigere impoſitioni, e ſimili coſe, alcune per loro, & ſuoi deſcendenti, e ſucceſſori con conditione di pagare vna certa riſpoſta, ò cenſo alla Camera Ducale, conforme le conceſſioni, ò permiſſione di godere detti beni, quali aſſieme con detta Città, e ſuoi anneſſi, per morte d'Alfonſo Secondo, & vltimo Duca di Ferrara, ò altra miglior via, e modo ſono deuoluti, e ſpettino alla noſtra Camera li ſoliti Cenſi, e come buoni, e fedeli Vaſſalli, & Sudditi riconoſcer Noi, & li Noſtri Succeſſori, & la Sede, & Camera Apoſtolica per veri Padroni diretti di detti beni, & riceuerli dalla noſtra mano, con quelle conditioni, che ci pareſſe d'imponerli, & à queſto effetto per queſt'anno pagato in Camera queſti cenſi, quali per allora furono ritenuti in depoſito. Noi volendo moſtrare verſo coſtoro la noſtra paterna benignità, ci contentiamo, che viſti prima gl'Inſtrumenti di queſte conceſſioni, ouero coſtando, che poſſedeſſero detti beni, per permiſſione, ſenza titolo, ò Inſtrumenti da Monſignor Bonuiſi Chierico, e deputato per Decreto in Camera, ſopra queſto negotio, ſi concedono à nome noſtro, & della noſtra Camera in Emfiteoſi, e location perpetua le ſopradette Poſte, & altri beni, e priuilegi, che ſpettono alla noſtra Camera à quelli, che vltimamente le poſſedeuano con quelli honori, peſi, priuileggi, conditioni, e patti, che erano ſoliti, mutando però, che doue ſoleuano pagare in altri tempi, debbano pagare nella Vigilia, ò feſta di San Pietro in Ferrara, in mano di chi ſarà deputato da Noi, ò dalla Noſtra Camera, e che debbano ogni ventinoue anni rinouare queſte conceſſioni, con pagare per il laudemio ciò, che da Noi, ò dal detto Monſig. Bonuiſi ſarà

giudi-

giudicato, ſotto pena di deuolutione, e che per queſte conceſſioni non s'intenda pregiudicato alle ragioni d'alcuna terza perſona, & à queſto confermiamo il decreto fatto da Noi ſopra la deputazione del detto Bonuſi, e li diamo facoltà, & autorità di far le ſudette conceſſioni, & anco di commutare le ſpecie de pagamenti, cioè di robbe in danari ſecondo che gli parerà, con farne fare inſtrumento con quelle clauſule, e cautelle, che gli pareranno neceſſarie, & opportune. Che Noi d'adeſſo, come per allora di noſtro Motu proprio, di certa ſcienza, & pienezza di poteſtà approuiamo quanto da lui ſopra ciò ſarà dichiarato, & eſſeguito. Volendo in oltre, che ſi debbano deſcriuere nelli libri della Camera, e mettere nel ſuo Archiuio la copia autentica d'eſſe conceſſioni. Non oſtante la Conſtitutione della felice memoria di Pio Quarto, de regiſtrandis, & di Gregorio Decimoterzo, ſuper modo ſoluendi Cenſus, & qualſiuoglia altra, che ſopra ciò faceſſe in contrario, alle quali, &c. eorum tenores, &c. per queſta volta à queſto effetto ſpecialmente, & eſpreſſamente deroghiamo.

Dat. nel noſtro Caſtello di Ferrara queſto dì 4. di Nouembre, 1598.

EDITTO

EDTTO

Sopra il pagamento de' Canoni, Cenſi, e Liuelli alla Reuer. Camera Apoſtolica.

PIETRO DEL TIT. DI S. NICOLO' IN CARCERE, Di S. Romana Chieſa Diacono Cardinal Aldobrandino, nella Città, & Ducato di Ferrara de latere Legato, &c.

HAVENDO Noſtro Signore l'anno paſſato 1599. per ſuo Motu proprio (il tenor del quale ſarà regiſtrato nel fine del preſente Editto) per commodità di quelli, che deuono pagare Canoni, Cenſi, ò Liuelli alla Reuerenda Camera ſoliti a pagarſi prima alla Camera Ducale di Ferrara, & per gl'altri conceſſi di nuouo per occaſione de' beni, feudi, ò liuelli poſti in queſta Città, e Stato di Ferrara, & altri luoghi deuoluti a Santa Chieſa, per morte del Duca Alfonſo; ordinato, che detti pagamenti poſſino farſi qui in Ferrara, tanto per quella volta, quanto per l'auuenire, in mano dell'Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Sig. Card Collegato, ò ſuo Vicelegato, & altri Legati, Collegati, ò Gouernatori, che ſaranno pro tempore, come in detto Motu proprio, &c.

Per tanto ſi fà intendere, & ſi notifica a qualunque perſona così Eccleſiaſtica, come ſecolare, di qual ſi voglia qualità, grado, & dignità, anco Cardinalitia, a Monaſterij, lochi pij, Collegij; Communità, Vniuerſità, & à qualunque altro, che in qual ſi voglia modo ſia tenuto di pagare Canoni, Cenſi, ò Liuelli, ragioni, ò priuileggi di qual ſi voglia ſorte poſſeduti in queſta Città, e Stato di Ferrara, ò luoghi ſudetti deuoluti; debba, nella Vigilia della Feſta delli Glorioſi Apoſtoli S. Pietro, & S. Paolo, da hore noue, & per tutto il giorno ſeguente di detta Feſta, eſſer comparſo dinanti all'Illuſtriſs. & Reuerendiſſimo Sig. Cardinale Collegato, ò ſuo Vicelegato, nel Caſtello di queſta Città nella Sala delle Camere della reſidenza di Sua Signoria Illuſtriſs. & hauere pagato li Canoni, Cenſi, e Liuelli douuti come di ſopra alla R. Camera, nella forma, & maniera, che ſi oſſerua in Roma nella Camera Apoſtolica; & conforme alla Bolla di Gregorio XIII. di fe. me ſopra il pagamento de' detti Canoni, Cenſi, ò Liuelli, per la quale fra l'altre coſe ſi diſpone, che tutte le riſpoſte, che per vigore d'inueſtiture ſi deuono pagare in altri tempi dell'anno, ſi paghino alla detta Reu. Camera nella detta Vigilia, & Feſta.

Altrimente s'intenderanno eſſer caduti da ogni loro raggione, & attione, & li

feudi

feudi, & beni ſudetti deuoluti alla Sede Apoſtolica, conforme alla detta Conſtitutione di Gregorio XIII. & d'altri Sommi Pontefici.

F. Card. Colleg.

Dat. Ferrariæ die viij. Iunij. 1601.
Publicatum fuit die xvj. Iunij, 1601.

CLEMENS PAPA VIII.

MOTVPROPRIO, &c. Paſtorali noſtra vigilantia animo voluentes ſubditos noſtræ Ciuitatis, & Ducatus Ferrarien. & forſan alios, qui nonnullos annuos cenſus Cameræ Apoſtolicæ, in locum Cameræ Ducali Illuſt. Ducum Familiæ Eſtenſis ſoluere tenentur plurimum incommodi, & expenſarum paſſuros, ſi illos in Camera Apoſtolica in hac Alma Vrbe, iuxta diſpoſitionem Conſtitut. fel. rec. Gregorij Papæ XIII. prædeceſſoris noſtri ſoluere cogerentur Nos illorum commodo, & indemnitati conſulere volentes Motu ſimili, &c. ac de Apoſt. poteſtatis plenitudine tenore præſentium decernimus, & declaramus dictos annuos cenſus cuiuſcunque qualitatis, & quantitatis fuerint, ſiue in pecunia numerata, ſiue in alia quacunque re conſiſtat, & per quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas, & ſæculares, quauis etiam Ducali dignitate, & præheminentia, vel Cardinalatus honore præfulgentes Collegia, Monaſteria, vel quæuis alia loca Pia, & Communitates, & Vniuerſitates debitos, & in futurum quomodolibet debendos in Ciuitate Ferrariæ, in manibus Modernorum, & aliorum pro tempore exiſtentium Legatorum, Collegatorum, Præſulum, vel Gubernatorum, cum præſentia, & aſſiſtentia Procuratoris dictæ Cameræ noſtrę Apoſtol. pro tempore in dicta Ciuitate Ferrariæ reſidentis perſolui, conſignari, & tradi debere ſolutioneſque conſignationes, & traditiones cenſuum prædictorum ſic faciendas eiuſdem roboris, & valoris eſſe firmaſque, & validas exiſtere perinde, ac ſi in Romana Curia in Camera Apoſtolica iuxta diſpoſitionem Conſtitutionis dicti Gregorij prædeceſſoris factæ fuiſſent. Mandantes itaque Dilectis Filiis noſtris Petro S. Nicolai in Carcere Tulliano S. R. E. Diacono Cardinali Aldobrandino nuncupato

Legato, & Franciſco titul. S. Clementis eiuſdem S. R. E. Presbytero Cardinali, dictæ Ciuitatis Ferrariæ, & illius Ducatus de latere Collegato, & alijs pro tempore exiſtentibus eiuſdem Ciuitatis, & Ducatus, Legatis, Collegatis, Vicelegatis, Præſulibus, & Gubernatoribus, vt ſingulis annis perpetuis futuris temporibus dictos cenſus nomine dictę noſtrę Cam. Apoſt. in Ciuitate Ferrariæ recipiant, & de receptis quietanriam eorum, & dicti Procuratoris manibus ſubſcriptam, cum clauſula ſine præiudicio iurium dictę noſtræ Cameræ conficiant, & tradant. Non obſtantibus præmiſſis, & dicti Gregorij, necnon Pij IV. etiam prædeceſſoris noſtri de regiſtran. & ſuper reformatione Tribunalis dictæ Camerę, & alijs quibuſcunque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſt. dictaque Camerę, etiam confirmatione Apoſt. vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, decretis, vſibus, & conſuetudinibus, cęteriſq; contrarijs quibuſcunque, quibus omnibus etiam ſi de illis, illorumque toris tenoribus ſpecialis ſpecifica, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut quauis alia expreſſio habenda foret, illorumque tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis de verbo ad verbum inſertis haben. illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus. Inſuper quod pręſentis noſtri Motuſproprij Cedulæ ſignatura abſque eo, quod daretur, & regiſtretur ſufficiat, ac in iudicio, & extra regula contraria, non obſtan. fidem faciat etiam decernimus, & declaramus.

Pl3 Motuꝑprio H

H

APPRO-

APPROBATIO.

ET CONFIRMATIO

Immunitatum, & Exemptionum varij generis, Quas Duces olim Eſtenſes Eccleſijs, Monaſterijs, Locis pijs, Nobilibus, alijſq; Ciuibus priuatis conceſſerunt.

CLEMENS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM. Decet Romanum Pontificem ſe in ſuos, & Apoſtolicæ Sedis ſubditos, præſertim de nouo ſub immediatam eorum ſubiectionem receptos, ita gratioſum, ac liberalem exhibere, vt ipſi ſubditi non ſolùm huiuſmodi immediata ſubiectione lætentur, ſed in ea alacriori fide, atque conſtantiori deuotione conquieſcant. Cum itaque ſicut accepimus, aliàs bon. mem. Alphonſus II. & alij eius Anteceſſores Ferrariæ Duces dum vixerunt, diuerſis immunitates, exemptiones, ac libertates, ab oneribus, datijs, pedagijs, gabellis, impoſitionibus, & alijs publicis functionibus, tàm ratione perſonarum, quàm rerum, & bonorum, ſeu mixtim diuerſis Eccleſiis, Monaſterijs, Collegijs, & locis pijs, necnon Nobilibus, Ciuibus, & aliis particularibus perſonis Ciuitatis, & Ducatus noſtrorum Ferrar. quod ipſi Duces in feudum tunc obtinebant, necnon etiam extraneis, & extrà Statum prædictum, & illius Iuriſdictionem degentibus, ac earundem, & ſimilium perſonarum contemplatione quandoque etiam pluribus, ac diuerſis bonis, & terrenis, tàm intus, quàm extra Ciuitatem ipſam, & tàm in diſtrictu Ferrariæ, quàm in Terris Romandiolæ, Centi, & Plebis, ac illarum Territoriis conſiſtentibus, quas reales, ciuiles, ruſticanas vocant exemptiones, tàm ex titulo oneroſo, quàm ex mera gratia conceſſerint, & reſpectiuè ſucceſſiuis tẽporibus confirmauerint. Cumq; in eorum poſſeſſione, ſeu quaſi, tàm dictæ Eccleſiæ, Monaſteria, Collegia, & loca Pia, Nobiles, Ciues, & aliæ particulares perſonæ,

necnon ipſimet Priuilegiati Superſtites, quàm primò priuilegiatorum deſcendentes, & alii ex ipſorum priuilegiorum continentia, quamuis extranei ſucceſſores, vel aliàs à dictis Eccleſiis, Monaſteriis, Collegiis, locis Piis, aliiſque primis priuilegiatis mediatè & immediatè cauſam habentes ſucceſſiuis temporibus, vſque ad vltimos dicti Alphonſi Ducis annos perſtiterint, & licet omnes huiuſmodi immunitates, exemptiones, & libertates per prædictos Duces, vt præfertur conceſſæ poſt dictorum Ciuitatis, & Ducatus Ferrarien. ad Nos, & Sanctam Romanam Eccleſiam, ac Sedem, & Cameram Apoſtolicam deuolutionem à Nobis legitimè acceptatam, & eorundem Ciuitatis, & Ducatus incorporationem Sedi, & Cameræ prædictis, per Nos factam reſolutæ, & penitùs extinctæ fuerint, & eſſent. Nihilominùs dilectus Filius Noſter Petrus Sancti Nicolai in Carcere Diaconus Cardinalis Aldobrandinus nuncupatus, noſter ſecundùm carnem ex fratre germano Nepos, ac in Ciuitate, & Ducatu prædictis noſter, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legatus, ac pro Nobis, & Sede prædicta in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis, prædictas exemptiones, immunitates, & libertates ſupradictis Eccleſiis, Monaſteriis, Collegiis, locis Piis, aliiſque priuilegiatis, ſeu eorum deſcendentibus, & ſucceſſoribus, aut ab eis cauſam, vt præfertur, habentibus conniuentibus oculis tollerauerit, & vt illis fruerentur permiſerit. Nos conſiderantes Noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ dignitati maximè conuenire, vt qui ſuo feudatariorum noſtrorum iuriſdictione ſupradictis exemptionibus, immunitatibus, gratiis, & fauoribus, vt præfertur, potiti ſunt. Iidem ſub immediata noſtra, & dictæ Sedis ſubiectione benignè receptis nè conditione eorum deterioraſſe doleant, & contriſtentur, non minoribus à Nobis, & ipſa Sede priuilegiis fulciantur, ac omnium, & ſingulorum Eccleſiarum, Monaſteriorum, Collegiorum, locorum Piorum, aliorumq; priuilegiatorum prædictorum, & ſeu eorum hæredum, & deſcendentium, ac ſucceſſorum, ſeu ab eis cauſam habentium nomina, & cognomina, qualitates, gradus, conditiones, & patrias, necnon immunitatum, exemptionum, & libertatum huiuſmodi cuicunque illorum quouis titulo conceſſarum, & reſpectiuè confirmatarum; ac litterarum patentium, ſeu Inſtrumentorum, aliorumque documentorum, & ſcripturarum, deſuper confectorum tenores, ac eorum bonorum ſituationes, confines, vocabula, qualitates, & veros valores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, necnon ſingulares perſonas prædictas, à quibuſuis excommunicatio-

nis,

Digitized by Google

nis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, Motuproprio non ad alicuius Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac mera deliberatione, & liberalitate noſtris, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas huiuſmodi exemptiones, immunitates, & libertates quouis modo nuncupatas ſuperiùs expreſſas quibuſuis Eccleſiis, Monaſteriis, Collegiis, locis Piis, aliiſq; quibuſuis perſonis, rebus, & bonis per prædictos Alphonſum, & alios eius Anteceſſores Ferrariæ Duces quomodolibet, & ſub quibuſcunque verborum formis, tenoribus, & titulis conceſſas, & ſeu confirmatas eiſdem omnibus, & ſingulis Eccleſiis, Monaſteriis, Collegiis, locis Piis, aliiſque priuilegiatis, aut eorum deſcendentibus, & ſucceſſoribus, aut ab eis quouis modo cauſam habentibus, ac terras, bona, res, & iura ſupradicta, ſeu quaſi poſſidentibus auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò innouamus, ac innouantes approbamus, & de nouo concedimus, illiſque perpetuæ, ac inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac eaſdem exemptiones, immunitates, & libertates cuilibet prædictorum, prout quemlibet eorum reſpectiuè concernunt obſeruari, & bonas fieri, ac dictas Eccleſias, Monaſteria, Collegia, loca Pia, aliosque priuilegiatos, cæterosq; ſupradictos, eiſdem exemptionibus, libertatibus, & immunitatibus reſpectiuè perpetuò pacificè frui, & gaudere volumus, & ordinamus. Sicque ab omnibus cenſeri, ac ita per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & Cameræ Apoſtolicæ Præſidentes, Clericos, ac Theſaurariam Generalem, ipſumque S. R. E. Camerarium, necnon dictum Petrum Cardinalem modernum, & pro tempore exiſtentem noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis in Ciuitate, & Ducatu prædictis de latere Legatum, ſeu eius Vicelegatum, aut Gubernatorem iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecùs ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Quocirca eiſdem Petro Cardinali moderno, & pro tempore exiſtenti in Ciuitate, & Ducatu prædictis Legato, ſeu Vicelegato, aut Gubernatori, necnon S. R. E. Camerario, Theſaurario, Præſidentibus, Clericis, cæteriſq; dictæ Cameræ Miniſtris, necnon Datiorum, Pedagiorum, Gabellarum, & aliarum Impoſitionum, ac onerum Exactoribus, & aliis Officialibus quibuſcunque ad quos ſpectat, & in futurum

ſpectabit, motu ſimili per præſentes mandamus, vt dictas Eccleſias, Monaſteria, Collegia, loca Pia, alioſque priuilegiatos, eorumq; hæredes, ſucceſſores, & deſcendentes, quibuſcunque immunitatibus, exemptionibus, & libertatibus cuilibet eorum reſpectiuè, vt præfertur, per Nos innouatis, & de nouo conceſſis perpetuò pacificè frui, & gaudere permittant, & faciant, nec eos deſuper quoquomodo moleſtare, perturbare, vel inquietare audeant, ſeu præſumant. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis præſertim quatenus opus ſit fel. record. Simachi, Pauli II. & aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, de rebus Eccleſiæ, & Cameræ Apoſtolicæ non alienandis, necnon ipſius Cameræ, & etiam Ciuitatis Ferrarien. etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Cameræ, necnon Camerario, Theſaurario, Præſidentibus, Clericis, ac Datarijs, Gabellarijs, & alijs Exactoribus, ſeu Appaltatoribus prædictis, ſeu quibuſuis alijs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè, ac latiſſimè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt omnes Eccleſiæ, Monaſteria, Collegia, & loca Pia, alijque ſupradicti Priuilegiati, aut eorum ſucceſſores, & deſcendentes, ſiue cauſam ab eis habentes, & bona immunia poſſidentes, eorum nomina, & cognomina cum deſcriptione bonorum ſic immunium, & exemptorum, vel aliàs Priuilegiatorum per eos reſpectiuè poſſeſſorum citato Dilecto filio Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Commiſſario Generali, coram pro tempore exiſtente Legato, ſeu Vicelegato in dicta Ciuitate, & Ducatu vna vice tantùm præſentare, & in actis Notarii ab ipſo Legato, ſeu Vicelegato deputando producere, & dimittere teneantur. Vtq; quandocunque futuris temporibus eadem bona exempta in alios quocunque venditionis, aut alterius titulo transferri contigerit, ipſi emptores, aut aliàs quouis modo acquirentes ſimilem notam Vicelegato, ſeu Gubernatori pro tempore exiſtenti dictæ Ciuitatis exhibere, ac in actis Notarii, vt præfertur, deputandi producere, & relinquere pariter teneantur. Volumus prætereà, & concedimus, vt quæcunque Eccleſiæ, Monaſteria, Collegia, loca Pia, aut priuilegiati ſupradicti ſuorum priuilegiorum, immunitatum, exemptionum, & libertatum ſpecialiter innouationem, & expeditionem voluerint eadem innouatio eiſdem, ſiue per noſtras in hac forma

Breuis,

Breuis, literas, ſiue per patentes Camerales, cum ſpecifica, & maiori præmiſſorum omnium, & ſingulorum, ac eorum nominum, cognominum, qualitatum, priuilegiorum, immunitatum, exemptionum, & libertatum, ac bonorum, & circumſtantiarum, & aliorum neceſſariorum expreſſione quandocunque fieri, & expediri poſſit. Inſuper ſtatuimus, quod præſentatio, & productio ſupradicta ab ipſis priuilegiatis in actis ſupradicti Notarii facienda perinde illis, & cuicunque illorum ſuffragetur, ac ſi præſentes literæ, ac aliæ particulares cuicunque priuilegiatorum concedendæ, etiam ſi in illis conſtitutioni felicis recordationis Pij Papæ Quarti Prædeceſſoris noſtri, de regiſtrandis in Camera Apoſtolica gratijs ipſius Cameræ qualecunque intereſſe concernentibus non fuerit expreſsè derogatum, cui tamen ad hunc effectum per præſentes generaliter, & particulariter derogamus, in ipſa Camera Apoſtolica iuxtà prædictam conſtitutionem intrà tẽpus in illa præfixum præſentatæ, & regiſtratæ fuiſſent.

Dat. Ferrariæ, ſub Anulo Piſcatoris, die xxiv. Octobris 1598. Pontificatus Noſtri Anno Septimo.

M. Veſtrius Barbianus.

BREVE

B R E V E

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

CLEMENTIS VIII.

Quo.concedit

CIVITATI FERRARIÆ

Retinere poſſe Oratorem apud Pontificem, & in Romana Curia.

CLEMENS PAPA VIII.

DILFCTI Fil'j ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Paterna noſtra etga vos, ac Ciuititem noſtram Fertarien. quos in viſcetibus gerımus charitatis, voluntas nos inducit, vt nullam vos cohoneſtandi, ac priuilegijs, & gratijs otnandi occaſionem prętermittamus. Motu igitur proprio, ac ex certa ſcientia, ac mera delibetatione noſtris, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Vobis vt vnum Oratorem à vob's iuxta formam aliàs pet nos pręſctiptam eligendum ad Nos, & Apoſtolicam Sedem mittere, & in Romana Curia tetinere valeatis, qui Orator apud Nos, & eandem Sedem reſidere, & locum in Capella noſtra Pontificia, ac in quibuſcunq; alijs actibus ſolemnibus, in quibus Nos, & pro tempore exiſtentes Romani Pontifices cum Curia noſtta, & Principum, ac aliarum Ciuitatum Oratoribus adeſſe ſolemus pet Nos aſsignandum locum hbere, ac quibuſcunque honoribus, priuilegijs, prærogatiuis, & fauoribus, quibus alij Ciuitatum Nobis, & S. R. E. ſubiectarum Oratores frui, & gaudere ſolent, & poſſunt, pari modo frui, & gaudere poſsit, & debeat, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus

Apoſto-

Digitized by Google

Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, Die primo Martii. 1599. Pontiſicatus Noſtri Anno Octauo.

M. Veſtrius Barbianus.

A tergo.

Dilectis Filijs Iudici Sapientum, ac Sapientibus, & Conſiliarijs Ciuitatis noſtræ Ferrarien.

Digitized by Google

BREVE

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

CLEMENTIS OCTAVI

Super facultate eligendi Notarios Rotæ Ferrar.

CLEMENS PAPA VIII.

DILECTI Filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quo magis vos Fideles, ac deuotos erga Nos, & Apoſtolicam Sedem dies experimur, eò amplioribus fauoribus, & gratiis, viciſſim Vos libenter proſequimur. Ideircò ſupplicationibus veſtris ſuper hoc nobis humiliter porrectis inclinati, ad facultatem eligendi Auditores Rotæ iſtius Ciuitatis vobis per Nos conceſſam, Notarios etiam eorumdem Auditorum eligendi facultatem auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium addimus, ac vobis perpetuò concedimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ in literis aliorum priuilegiorum vobis conceſſorum, quarum tenorem præſentibus pro expreſſo habemus, volumus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub Anulo Piſcatoris, die ſexta Nouembris 1599. Pontificatus Noſtri Anno Octauo.

M. Veſtrius Barbianus.

A tergo.

Dilectis Filijs Iudici Sapientum, ac Sapientibus, & Conſiliarijs Ciuitatis noſtræ Ferrarieñ.

B R E V E

Sanctiſs. Domini Noſtri Papæ

CLEMENTIS VIII.

Super Confirmatione Contractus initi cum Societate Mortis.

CLEMENS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM. Cum ſicut accepimus poſtquam dilectus filius noſter Petrus Sancti Nicolai in Carcere Diaconus Cardinalis Aldobrandinus nuncupatus noſter ſecundùm carnem ex fratre germano Nepos, in Ciuitate, & Ducatu noſtro Ferrar. noſter, & Apoſtolicę Sedis de latere Legatus. Confraternitati Mortis nuncupatæ in Ciuitate Ferrarien. inſtitutæ curam ſubueniendi pauperibus carceratis commiſerat, ac eidem pio operi de ſcientia noſtra, introitum, & redditum officii, ſeu Dattii nuncupati *della Chieſola*, ad effectum prædictum applicauerat, & eandem Confraternitatem in poſſeſſionem adminiſtrationis introitus, & redditus prędicti immiſerat, Nos verò inter alias gratias, & donationes eiſdem Ciuitati factis, redditum, ſeu Datium prædictum pro ſeruitio Pauperum carceratorum donaueramus, & in perpetuum conceſſeramus, prout tàm in patentibus dicti Petri Cardinalis, quàm in Noſtris in forma Breuis deſuper expeditis literis pleniùs continentur, Dilecti filij Iudex Sapientum, ac Magiſtratus eiuſdem Ciuitatis Ferrar. quanta prudentia, & quo iudicio præfactus Petrus Cardinalis Legatus, tàm pium, & ſanctum opus demandauerit agnoſcentes, ac electionem, deputationem, et applicationem per ipſum Petrum Cardinalem, vt ſupra factas laudantes, & approbantes ſpōtè, & ex certa eorum ſcientia, omniq; meliori modo, via, iure, forma, & cauſa quibus magis, & melius potuerunt, & poſſunt, denuò dederint, contribuerint, & relaxauerint dictę Confraternitati, ac pro ea dilecto filio Alphonſo Roſſetto Sindico, & Procuratori ab eadem Confraternitate conſtituto, perpetuam liberam & irreuocabilem adminiſtrationem redditus, & introitus Datii, ſeu officij

ficij

Digitized by Google

ficii prædicti Eccleſiolæ per Nos eidem Ciuitati donati cum eadem auctoritate, & poteſtate, quam haberent Communitas, & Homines ipſius Ciuitatis ſi eam pro ſe ipſis, & penes ſe ipſos retinerent, pro ſeruitio tamen, & commodo ſemper dictorum pauperum Carceratorum, & non aliter, & cum infraſcriptis conditionibus, videlicet. Quod reſeruata eſſet, & intelligeretur dictis Communitati præheminentia Datij prædicti, & ſuperintendentia inſpiciendi, & videri faciendi computa adminiſtrationis prædictæ ſemel tantùm quolibet trimeſtri compendioſè tamen, & non aliter. Quodque prætereà, deficiente quandocunque dicta Societate Mortis adminiſtratio prædictæ cum omnibus in dicta conceſſione comprehenſis, ad ipſos Communitatem, & Homines liberè deuoluerentur. Item quod Iudex, & Magiſtratus Sapientum eſſent Iudices ordinarij inter Societatem, & Miniſtros, ac electos ad diſpenſationem reddituum dicti Datij, tàm ratione computorum, & diſpenſationum eorumdem reddituum, quàm cuiuſcunque alterius differentiæ, quæ inter eos ratione huius negotij oriretur. Et ita quicunque Officialium electorum, & aliorum ſupraſcriptorum, qui tranſgrederentur, cognitioni, & correctioni Iudicis, & Magiſtratus Sapientum cum conſilio eorum Conſultoris ſubiacere tenerentur, ſalua tamen ſemper, & perpetuò remanente dictæ Societati Mortis adminiſtratione ſupraſcripta. Quòdque Societas prædicta ſe de dicta adminiſtratione rectè, ac fideliter facienda in forma valida obligare teneretur. Ac alias prout in Inſtrumento conuentionum ſuper præmiſſis inter dictos Iudicem, & Magiſtratum Sapientum, ac prædictum Alphonſum Sindicum, & Procuratorem dictæ Societatis reſeruato noſtro, & Apoſtolicæ Sedis beneplacito inito plenius dicitur contineri. Cum autem tàm Iudex, & Sapientes, quàm Confraternitas prædicti cupiant conuentiones prædictas Apoſtolicæ noſtræ confirmationis munimine roborari. Nobiſque propterea humiliter ſupplicari fecerint, vt in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos tàm patentum dicti Petri Cardinalis Legati, quàm noſtrarum in forma Breuis litterarum ſupraſcriptarum, ac inſtrumenti ſupradicti tenores præſentibus pro expreſſis habentes, ac Iudicem, & Sapientes, necnon Confraternitatem prædictos ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & eorum quemlibet à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & ab-

Digitized by Google

& abſoluturos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, conceſſionem, & translationem adminiſtrationis redditũum dicti Datii, ſeu Officii Eccleſiolæ per ipſos Iudicem, & Sapientes prædictæ Confraternitati Mortis, pro ſeruitio tamen, & commodo pauperum Carceratorum, vt præmiſſum eſt factas, ac deſuper celebratum Inſtrumentum cum omnibus, & ſingulis in illo contentis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illisque perpetuæ, ac inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus. Ac omnes, & ſingulos tàm iuris, quàm facti defectus, etiam quòd præmiſſa cum interuentu Iudicis, & Spientum tantum, & non totius Conſilij Ciuitatis Ferrar. facta fuerint, ſupplemus. Decernentes ea perpetuò valida, & efficacia exiſtere, & fore, ſuosq; plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, nec à quoquam quouis prætextu infringi, reſcindi, retractari, vel annullari poſſe, irritũq; & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, & quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſius Ciuitatis Ferrar. etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis eidem Ciuitati, & Hominibus in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuſcunque.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, Die 20. Nouembris 1599. Pontificatus Noſtri Anno Octauo.

M. Veſtrius Barbianus.

Die Septima Februarij 1600. Præſens Breue in Camera Apoſtolica præſentatum fuit, & die xxij. eiuſdem, Camera ipſa, citato prius Ill. D. Commiſſario Generali Cameræ Apoſtolicæ. Referente Reuerendiſs. D. Cæſare Corneo dictæ Cameræ Apoſtol. Clericos, & Iudice illud admiſit, & in eiuſdem Cameræ libris regiſtrari mandauit, prout regiſtratum fuit, lib 2. Signatur. Sanctiſs. Domini Noſtri, fol. 209. penes me infraſcriptum dictæ Cameræ Notarium.

Demophoon Ferrinus.

E BREVE

B R E V E

Sanctiſs. Domini Noſtri Papæ

CLEMENTIS VIII.

Super Bonis ingredientium Monaſteria, quoad præteritum tempus.

CLEMENS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

CVM ſicut exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Magiſtratus Ciuitatis noſtræ Ferrarin. antequam Ciuitas prædicta, & Ducatus Ferrarien. ad Nos, & Apoſt. Sedem deuolueretur, quodam eiuſdem Ciuitatis ſtatuto ſub rubr. De bonis ingredientium Monaſterium his verbis, cautum reperiretur, videlicet ſtatuimus, & obſeruari mandamus. Quod omnia bona, & actiones, etiam in ſpein bonis viuentis, & etiam ex vltima voluntate alterius volentis, & diſponentis ingredi aliquod Monaſterium, applicentur, & transferantur plenè, ac pleno iure in eum vel eos, qui ſucceſſuri erant ab inteſtato ipſi volenti ingredi Monaſterium, niſi tamen aliter fuerit, legitimè diſpoſitum ante profeſſionem per ipſum ingredientem, Cumque ante huiuſmodi deuolutionem, vt accepimus ſtatutum prædictum ſemper in viridi obſeruantia fuerit, & ſi fortè de præterito ſuper inualiditate dicti ſtatuti contrauerteretur, multæ lites inter Monaſteria, & loca regularia, ac particulares perſonas tàm Ciuitatis, & diſtrictus, quam etiam Terrarum, & locorum totius Ducatus, & Legationis Ferrariæ, ad quæ prædictum ſtatutum extendebatur ſuſcitarentur. Ad quas, euitandas, & pro Ciuitatis, & Ducatus prædictorum quiete, Magiſtratus prædicti Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt de opportuno remedio prouidere benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur

Magi-

Magiſtratum huiuſmodi ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à Iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſeriè abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ac ex certa noſtra ſcientia, & mera deliberatione, vigore præſentibus Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, & ordinamus, ac decernimus. Quòd tam in Ciuitate, quàm in quibuſcunque Terris, & locis Ciuitatis, & Ducatus, ac Legationis Ferrarienſ. ad quæ ſtatutum prædictum extendebatur, nulla perſona Regularis, neque Monaſterium, ſeu locus regularis cuiuſuis ordinis, vel inſtituti, in quibus huiuſmodi perſonæ regulares ante deuolutionem Ciuitatis, & Ducatus prædictorum ad Nos, & Sedem prædictam receptæ fuerint, & profeſſionem emiſerint, ſub prætextu inualiditatis dicti ſtatuti, cui quoad præteritum tempus prædictum dumtaxat, non autem quoad futurū Nos nullatenus derogatum fuiſſe declaramus, eorum conſanguineos, & coniunctos, ad quos vigore dicti ſtatuti bona ipſorum Regularium ab inteſtato deuenerunt, aliquo modo ſuper ipſis bonis moleſtare perturbare, vel inquietare, ſeu etiam contra eos via iuris agere valeant. Decernentes nullum Ius, nullamque actionem ſuper dictis bonis prædictis Religioſis ante deuolutionem prædictam profeſſis competiiſſe, neque competere, ſicq; & non aliter per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores in quauis cauſa, & inſtantia iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, præſertim in fauorem Regularium quorumcumque in genere, vel in ſpecie, ac quibuſcunque priuilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſuis tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis; eorum tenores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub Anulo Piſcatoris, die 2. Decembris 1599. Pontificatus Noſtri Anno Octauo.

M. Veſtrius Barbianus.

Die ſeptima Februarij M. DC. Præſens Breue in Camera Apoſtolica præſentatum fuit, & die vigeſimaprima eiuſdem, Camera ipſa, citato priùs Illuſtr. D. Commiſſario generali Cameræ Apoſtol. Referente Reuerendiſs. D. Hieronymo Serlupio dictæ Cameræ Clerico, & Iudice ad hoc deputato illud admiſit, & in eiuſdem Càmeræ libris regiſtrari mandauit, prout regiſtratum fuit, ſcilicet lib. 2. Signaturæ Sanctiſsimi Dom. Noſtri, fol. 205. penès me infraſcriptum dictæ Cameræ Notarium.

Demophoon Ferrinus.

BREVE

B R E V E

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ
CLEMENTIS VIII.
Super
BONIS EMPHITEOTICIS,
Ac patrimonialibus, & ſuper illegitimis, & incapacibus.

CLEMENS PAPA VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM. Volentes Ciuitarum, & Ducatum noſtrum Ferrarienſes, eorumque Ciues, & Incolas amplioribus indies fauoribus, & gratiis benignè proſequi. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine volumus, ſtatuimus, & ordinamus, quod Camera noſtra Apoſtolica, eiusvè Officiales, & Miniſtri quicunque quauis dignitate, præheminentia, & auctoritate fungentes, & quibuſvis facultatibus ſuffulti, prætextu Conſtitutionis fel. record. Pij Papæ Quinti Prædeceſſoris noſtri, in qua de Bonis Emphiteoticis, & Patrimonialibus, & de Spurijs, ſeu Illegittimis tractatur, quæ incipit, Quæ Ordini Eccleſiaſtico noxia eſſe, & ſcandalum obicere perhibentur, ſub Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ M. D. LXXVI. Kalendas Februarij, Pontificatus ſui Anno Sexto editæ, necnon alterius Conſtitutionis eiuſdem Pij V. ſuper declaratione dictæ primæ Conſtitutionis ſimiliter æditæ, quæ incipit, Ad Romanum ſpectat Pontificem, ſub Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Anulo Piſcatoris, die quinta Martij M. D. LXXVII. Pontificatus ſui Anno Septimo, quoſcunque Ciuitati Ferrarien. aut quarumcunque aliarum Ciuitatum, Ter-

rarum, & locorum Ducatus, & Legationis Ferrarien. Ciues, Incolas, habitatores, & perſonas vtriuſque ſexus pro tempore ante deuolutionem Ciuitatis, & Ducatus prædictorum ad Nos, & Sedem Apoſtolicam præterito quoquo modo moleſtare, perturbare, vel inquietare nullatenus poſſint, vel debeant, quia pœnas vigore dictarum Conſtitutionum ante dictam deuolutionem incurſas eis gratiosè remittimus, & condonamus, irritum nihilominùs,& inane decernentes quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocircà dilectis filijs noſtro, & S. R. E. Camerario, ac Theſaurario generali, necnon Præſidentibus Clericis Commiſſario generali, ac alijs Officialibus, & Miniſtris dictæ Cameræ per præſentes committimus, & mandamus, vt Ciues, Incolas, Habitatores, & perſonas prædictas quoad tempus præteritum ſupradictum, præmiſſorum effectu pacificè frui, & gaudere permittant, & faciant. Ab ipſa tamen deuolutione Ciuitatis, & Ducatus prædictorum deinceps in perpetuum Conſtitutionem Pii Prędeceſſoris, illiusque declarationem ſupradictam in ipſis etiam Ciuitate, Ducatus, & Legatione Ferrarien. inuiolabiliter obſeruari, & cuſtodiri debere decernimus. Non obſtantibus prędicta, & quibuſuis alijs Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſius Camerę, etiam Iuramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, eidem Camerę, atque Camerario, Theſaurario, & alijs prædictis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innouatis. Quibusomnibus, & ſingulis eorum tenores pręſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cęterisq; contrariis quibuſcunque. Dat. Romę apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris, die ſexta Decembris M. D. X C I X. Pontificus Noſtri Anno Octauo.

M. Veſtrius Barbianus.

Die Septima Februarij 1600. Præſens Breue in Camera Apoſtolica præſentatum fuit, & die xv. Maij ſubſequentis citato prius Ill. D. Commiſſario Cameræ Apoſtolicæ. R. P. D. Maffeus Barberinus Cameræ Apoſtol. Clericus, & Iudex in vim Chirographi Sanctiſs. ac ex decreto in eadem Camera facto illud

admi-

admiſit, & in eiuſdem Camera libris regiſtrari mandauit, prout regiſtratum fuit, lib 2. ſignatura Sanctiſſimi fol. 209. penes me infraſcriptum dictæ Cameræ Notarium.

Demophoon Ferrinus.

CHIROGRAFFO

Di Noſtro Signore

PAPA CLEMENTE VIII.

Nel medeſimo ſoggetto.

REuerendiſſimo Camerlengo, Theſoriero, Decano, e Chierici della noſtra Camera Apoſtolica. Hauendo Noi per noſtro Breue ordinato. che li Citadini, & habitanti nella noſtra Città, & Ducato di Ferrara non poſſino eſſre moleſtati per vigore delle Conſtitutioni di Pio V. noſtro Predeceſſore, nelle quali ſi tratta de' Beni Emfiteotici, & Patrimoniali, & degl'illegitimi & incapaci, & rimeſſoli anco tutte le pene, che foſſero incorſe per vigore d'eſſe Conſtitutioni auanti la deuolutione di detta Città, & Ducato alla noſtra Camera Apoſtolica, ſicome più amplamente ſi contiene in detto Breue, ſotto la data delli ſei di Decembre proſſimo paſſato; qual Breue per alcuni legitimi impedimenti, non eſſendoſi potuto ammettere in detta Camera, nè far regiſtrare nelli libri di eſſa nel termine di tre meſi, conforme alla Conſtitutione di Pio Quarto Noſtro Predeceſſore, & per queſto ſi poſſi dubitare della validità di eſſo Breue; Et Noi volendo, che detto Breue habbia il ſuo pieno effetto; però per tenore della preſente di noſtro Motu proprio, e certa ſcienza, Vi ordiniamo, & comandiamo, che preſentandoſi detto Breue in Camera nel termine di tre meſi, da hoggi proſſimi, lo debbiate ammettere in eſſa Camera, e farlo regiſtrare nelli libri di eſſa, che così è mente noſtra eſpreſſa, non oſtante la detta Conſtitutione di Pio Quarto, alla quale, & ad ogn'altra coſa faceſſe in contrario per queſta volta, ſolo di noſtro Motuproprio, e podeſtà aſſoluta derogamo.

Clemens Papa VIII.

Die

Digitized by Google

Die decimaquinta Maij M.DC. Reuer. P. D. Maffeus Barberinus Cameræ Apoſtolicæ Clericus, citato priùs Illuſtr. D. Commiſſario Cameræ Apoſtolicæ, ex Decreto in eadem Camera facto, præſens Chirographum admiſit, & regiſtrari mandauit, prout regiſtratum fuit lib. 2. Signaturæ Sanctiſſimi Domini Noſtri, fol. 209. penès me infraſcriptum dictæ Cam. Notarium.

Demophoon Ferrinus.

BREVE

Digitized by Google

BREVE
Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ
CLEMENTIS OCTAVI.
Quo declarat
OMNES EXEMPTOS
Teneri concurrere ad laboreria Padi, & ad excauationem Conductorum publicorum.

CLEMENS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM. Cùm Nos aliàs per noſtras in forma Breuis literas Motu proprio omnes immunitates, exemptiones, & libertates, ac priuilegia quæcumque per Duces Ferrariæ quibuſuis perſonis conceſſa, licèt poſt Ciuitatis, & Ducatus Ferrarien. ad Nos, & Sanctam Romanam Eccleſiam, ac Apoſtolicam Sedem deuolutionem ſecutam, & à nobis legitimè acceptatam, ac eiusdem Ciuitatis, & Ducatus Sedi, & Cameræ prædictis incorporationem per Nos factam reſuoltæ, ac prorſus extinctæ fuiſſent, & eſſent, attendentes noſtræ, ac Apoſtolicæ Sedis dignitati maximè conuenire, & pro ſubditorum noſtrorum vtilitate etiam ità expedire de ſpeciali gratia innouauerimus, & de nouo conceſſerimus. Et deindem diuerſis particularibus perſonis ſimilia priuilegia, immunitates, & exemptiones ipſis pridem à dictis Ducibus conceſſas nominatim innouauerimus, & de nouo conceſſerimus, prout in diuerſis in forma Breuis expeditis litteris plenius continetur. Cumque ſicut accepimus, multi ex huiuſmodi priuilegiatis prætendant, ſe vigore dictorum priuilegiorum ipſis conceſſorum à cuſtodijs, & laborerijs

agge-

aggerum Fluminis Padi, & Aquæductum publicorum exemptos, & immunes eſſe, ac propterea ijs contribuere, & interuenire forſan recuſent. Nos animaduertentes publicæ omnium Ciuium, & Incolarum Ciuitatis, & Ducatus Ferrarien. vtilitatis intereſſe, vt irruptionibus, & inundationibus fluminis Padi præcipuè occurratur, ac publici Aquarum ductus non ſolùm cuſtodiantur, & expurgentur, ſed vbi opus fuerit etiam de nouo aperiantur, ac maximè conuenire, vt omnes ſupradicti pro vniuerſali commodo operibus, & expenſis pro præmiſſis faciendis contribuere teneantur. Propterea Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine declarantes in primis, & ante omnia noſtræ mentis, & intentionis non fuiſſe, nec eſſe, vt quicunque dictorum priuilegiatorum, etiam ſi per priuilegia ipſis à Ducibus prædictis conceſſa id nominatim illis conceſſum fuerit à cuſtodijs, operibus, laborerijs, & factionibus quibuſcunque fluminis Padi, liberi, vel immunes exiſtant, harum ſeriè perpetuò ſtatuimus, & ordinamus. Vt omnes vtriuſque ſexus perſonæ quantumuis priuilegiatæ huiuſmodi, & quacunque præfulgeant dignitate, titulo, præheminentia, & auctoritate, cuſtodijs, operibus, laborerijs, & factionibus quibuſcunque aggerum fluminis Padi, & Aquarumductuum publicorum; arbitrio tamen moderni, & pro tempore exiſtentis noſtri, & Apoſtolicæ Sedis in Ciuitate, & Ducatu prædictis de latere Legati, ſeu eius Vicelegati, aut Gubernatoris, ſeu alterius Superioris contribuere perinde teneantur, ac debeant, ac ſi illis nulla quoad hæc priuilegia, immunitates, & exemptiones, (quas nihilominùs vigore præſentium expreſsè reuocamus, & annullamus) conceſſa fuiſſent. Mandantes propterea dilecto filio eidem moderno, & pro tempore exiſtenti noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Ciuitate, & Ducatu prædictis de latere Legato, ſeu eius Vicelegato, vel Gubernatori, aut alio Superiori, vt quoſcunque ex prædictis Priuilegiatis præmiſſis, contribuere forſan recuſantes, vel renitentes auctoritate noſtra opportunis Iuris, & facti remedijs quacumque excuſatione, & appellatione prorſùs reiecta arbitrio ſuo cogat, & compellat. Non obſtante noſtra quatenùs opus ſit, de non tollendo iure quæſito, ac alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

D. r. Romæ apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris, die xviij. Ianuarij M. DC. Pontificatus Noſtri Anno Octauo.

M. Veſtrius Barbianus.

Die

Die ſeptima Februarij M. DC. Præſens Breue in Camera Apoſtolica præſentatum fuit, & die vigeſimaprima eiuſdem, Camera ipſa, citato prius Illuſtr. D. Commiſſario Generali Cameræ Apoſtol. Referente Reuerendiſſ. D. Melchiore Creſcentio, dictæ Cameræ Clerico, & Iudice deputato illud admiſit, & in eiuſdem Cameræ libris regiſtrari mandauit, prouti regiſtratum fuit, ſcilicet lib. 2. Signaturæ Sanctiſſ. D. N. fol. 206. penès me infraſcriptum dictæ Cameræ Notarium.

Demophoon Ferrinus.

BREVE

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

CLEMENTIS VIII.

In Quo

CONFIRMAT PRIVILEGIA

Studij Generalis Ciuitatis Ferrarien.

CLEMENS PAPA VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

ROMANVM decet Pontificem Studiorum generalium Vniuerſitatibus, ac Studioſis, & Scholaribus benigni fauoris gratiam libenter impertiri, vt illi Apoſtolico ſuffulti præſidio alacriùs litterarum, & bonarum artium ſtudijs incumbant, & ad eorumdem ſtudiorum metam faciliùs valeant peruenire. Idcircò Nos, Vniuerſitatem Studij generalis Ciuitatis noſtræ Ferrarien. eiuſque Rectores, Reformatores, & Scholaſticos, ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulos, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à Iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa lite, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes. Supplicationibus eorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & ſingula priuilegia, indulta, exemptiones, facultates, conceſſiones, & gratias eidem Vniuerſitati Studii generalis, eiuſque Rectori, Reformatoribus, Scholaſticis, & aliis perſonis, quibuslibet per quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Apoſtolicam Sedem, necnon Ferrariæ Duces pro tempore conceſſa, ipſiuſque Vniuerſitatis ſtatuta, & laudabiles conſuetudines, quatenus tamen licita, & honeſta ſint, & ſa-

& ſacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, necnon libertati Eccleſiaſticæ, noſtræque, & Apoſtolicæ Sedis auctoritati, debitæq; obedientiæ, non aduerrentur, nec ſint reuocata, aut ſub aliquibus reuocationibus compræhenſa, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illisque perpetuæ, ac inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, eaque omnia, & ſingula perpetuò valida, firma, & efficacia eſſe, & fore; ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcunque Iudices Ordinarios, & delegatos vbique iudicari, & diffiniri debere, & irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his, à quoque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Quocirca Venerabili Fratri Epiſcopo Ferrarien. ac dilectis filijs Archidiacono, & Primicerio Eccleſiæ Ferrarienſis per præſentes committimus, & mandamus quatenùs ipſi, vel duo, aut vnus eorum præſentes litteras, & in eis contenta quęcunque vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Rectoris, Reformatorum, & Scholarium, aut alicuius eorum fuerint requiſiti ſolemniter per ſe, vel alium publicantes, eisque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra Vniuerſitatem, Rectorem, Reformatores, & Scholares prædictos, priuilegijs, indultis, & gratijs ſupradictis perpetuò pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper à quoque quauis auctoritate quomodolibet moleſtari, perturbari, vel inquietari. Contradictores quoſcunque per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæterisque contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub Anulo Piſcatoris, die 12. Iunij 1600. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

M. Veſtrius Barbianus.

P Die

Diedecimaquarta Auguſti M. DC. Pręſentes litterę Apoſtolicę, in plena Camera Apoſtolica pręſentatę fuerunt, & die vndecima Menſis Septembris ſubſequentis, citato priùs Illuſtr. D. Laudiuio Zacchia dictę Camerę generali Commiſſario, Referente Reuerendiſs. D. Hieronymo Serlupio Iudice, in locum D. Decani ſubrogato, Camerę ipſa illas admiſit, & in eiuſdem Camerę libris regiſtrari mandauit, prout regiſtratę fuerunt ſolito libro iij. Signaturę Sanctſsimi Dom. Noſtri, fol. 24. penès me infraſcriptum dictę Gamerę Notarium.

Demophoon Ferrinus.

Digitized by Google

BREVE
Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ
CLEMENTIS VIII.
Quo gratiæ,
AB ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.
Cardinale Aldobrandino conceſſæ Populo Ferrarienſi confirmantur.

CLEMENS PAPA VIII.
AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

PATERNA noſtra erga ſubditos noſtros charitas nos admonet, vt ea, quæ ipſorum ſubditorum commoditate, & ſubleuatione auctoritate, & mandato noſtris conceſſa ſunt, vt perpetuò firmiora ſubſiſtant, Apoſtolicæ confirmationis præſidio roboremus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Cum itaque aliàs dilectus filius noſter Petrus Sancti Nicolai in Carcere, Diaconus Cardinalis Aldobrandinus nuncupatus, noſter ex fratre Germano ſecundùm carnem Nepos, Ciuitatis, & Ducatus noſtrorum Ferrarien. & in vniuerſa Italia ad quoſcunque Principes noſter, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legatus, & totius Status Eccleſiaſtici, tuncq; etiam Exercitus Eccleſiaſtici Generalis ſuperintendens volens noſtram, & Apoſtolicæ Sedis erga Ciues, & Populos Ciuitatis, & Ducatus noſtrorum Ferrarien. ſub immediatum noſtrum, & eiuſdem Sedis Dominium, tunc receptos charitatem oſtendere auctoritate ſibi per Nos attributa diuerſas Gabellas, datia, & onera, quæ anteà in Ciuitate, & Ducatu prædictis exigebantur, partim in totum ſubſtulerit, & annullauerit, partim diminuerit, modo, & forma inſraſcriptis, videlicet.

Moderamento, Reduttione, Soppreſsione, & gratie reſpettiuamente de' Datij, e Gabelle fatte alla Città, & Dominio di Ferrara, dalla Santità di Noſtro Signore

PAPA CLEMENTE VIII.

ESSENDO per l'infinita prouidenza di chi mai erra, & dalla cui mano pende ogni Poteſtà, Regno, & Imperio, e ragione di regnare, & ſi gouerna il tutto, ridotta queſta nobiliſſima Città, Ducato, & diſtretto di Ferrara, ſotto l'antico, e clementiſſimo grembo, e manto della ſua cara Madre Santa Chieſa, trà li molti, e continui penſieri, che ſono al cuore della Santità di N. S. Clemente VIII. preme oltremodo di veder ben preſto ſolleuati queſti Popoli dallo ſmiſurato peſo di molte grauezze, nelle quali per lungo tempo ſono ſtati inuolti, e di vederli effettualmente godere li dolci frutti di queſta Santa Sede; onde rimirando, ancorche di lontano, con pietoſo occhio il tutto, e riuolgendo l'animo à conſiderare lo ſtato, in che ſi troua, per buon principio, ſaggio, e caparrà dello ſuiſcerato amore paterno, che porta loro, e dell'indicibile deſiderio, e ſollecitudine, che tiene di giouare vniuerſalmente à tutti; L'Illuſtriſſimo, e Reuerendiſſimo Sig. il Sig. Pietro per la diuina miſericordia, Cardinal'Aldobrandino di queſta Città, & Dominio di Ferrara, & à Principi d'Italia Legato de latere, dell'Eſſercito, e di tutto lo Stato Eccleſiaſtico Generale ſopraintendente, in accreſcimento dell'allegrezza publica, e priuata, in queſto dì della feliciſſima Coronatione di Sua Beatitudine, Clemente di nome, e di fatti, & in eſſecutione della ſua ſanta mente, e pio zelo, per l'eſpreſſa facoltà ſopra ciò datale, à ſolleuamento, contento, e conſolatione vniuerſale, & augumento del comercio, dopò hauere hauuta matura, e proportionata conſideratione al biſogno di chi comanda, & alle forze, e ſpeſe, che occorrono alli ſudditi, Sua Sig. Illuſtriſſima, & Reuerendiſſima modera, riduce, ſupprime, e leua di fatto reſpettiuamente le infraſcritte grauezze, peſi, e gabelle, nel modo, che ſarà qui ſotto ſpecificato, con ferma intentione di hauere poi di tempo, in tempo, à ridurre il tutto ſotto forma d'vn ben regolato, e felice gouerno, à gloria di Dio, e ſodisfattione di Sua Santità, & à piena conſolatione di tutti.

Gabelle

Gabelle, che ſi riducono.

LA Gabella della nota magna, che ſi riſcuote di tutti li frumenti, & biade, che ſi vendono nella Città à 10. per cento, & ſi caua l'anno lire 69600. la quale ſi riduce alla metà, che ſono cinque per cento, & ſi viene à ſgrauar l'anno lire 34800.

Membro del Regiſtro, che ſi riſcuote 10. per cento di tutti li contratti, che ſi fanno di caſe, poſſeſſioni, molini, & barche, lini, & lane, affittato lire 54000. l'anno, ridotto à cinque per cento, ſi viene a difalcare lire 26500.

Datio del vino a maſtello, che ſi riſcuote 10. per cento del giuſto valore de' vini, che ſi vendono, importa lire 9400 qual ſi riduce per la metà a cinque per cento, & ſe ne viene à leuare l'anno lire 4700.

Datio del vino in Caſtellata, che paga 10. per cento, ſe ne caua lire 9000 ridotto a cinque per cento, ſe ne viene à difalcare l'anno lire 4500.

Membro de' Libricciuoli, che ſi riſcuote à ragione di 10. per cento di tutti li marzadelli, vini, & beſtiami, che vengono dentro la Città, & ſi contrattano fuori nel diſtretto, qual ſi riduce alla metà, che ſono cinque per cento, che importa l'anno circa lire 11500.

Peſce dolce, & di mare paga di gabella tanto per entrata, quanto per tranſito 20. per cento di quello viene ſtimato. ſe ne caua l'anno lire 39500. ſi riduce a cinque per cento quello, che entra in Ferrara, & che và per lo ſtato; & per il reſto ſi laſcia come prima, & figurandoſi, che la metà ſia quello, che entri nella Città, & vadi per lo ſtato, ſi viene à difalcare l'anno lire 14813.

Del ſale di Ferrara, che ſi vende quattrini cinque per libra, ſe ne caua l'anno lire 45600. quale ſi riduce à quattrini quattro, tre per la Camerà, & vno per la Communità, come appreſſo ſi dirà, che il detto difalco importa l'anno lire 18240.

Membri della Gabella groſſa, & graſſa, che ſi riducono, tanto all'entrare della Citta, quanto per tranſito.

PIetre d'aguzzare, che pagauano 17. & mezo per cento, ſi riduce à 10. per cento.

Legnami di più ſorte, per mettere in opera, pagauano 14. per cento, ſi riduce à 7.

Acqua vite pagaua 13. per cento, ſi riduce a 8.

Seme di lino, che pagaua 13. per cento, ſi riduce à 8.
Colombina, e pilumi pagaua 13. per cento, ſi riduce à 6.
Marmi pagauano 18. per cento, ſi riduce à 10.

Altre robbe, che pagano la gabella groſſa, & graſſa, à ragione di 13. per cento, che ſi riducono tutte à ſei per cento, tanto all'entrare della Città, quanto per tranſito.

ARbori da nauilij.
Armature.
Altri ſimili lauori di ferro.
Badili di ferro.
Beſtie d'ogni qualità, eccetto Aſini.
Cannotiglia.
Carrete.
Catri.
Cirume delle api.
Cimatura de' panni.
Corame onto.
Cotone di paſta.
Cremeſi.
Forconi.
Galla.
Garauelle.
Geſſo.
Grana.
Guado.
Herbe da tingere.
Indigo.
Inſtromenti da ſonare.
Lana pellizzarola, e filata.
Lane filate.
Lauori di noce.
Libri d'ogni ſorte.
Mannaie.
Mannarini.
Maſcare.
Merci noſtrane d'ogni qualità.
Morioni.
Occhi di vetro da fineſtre.
Organi.
Oricello da tingere.
Pellicciaria ſeluatica.
Quadri di pittura.
Riſi noſtrani.
Ritratti in tela.
Rubia da tingere.
Saluaticini.
Scodano da tingere.
Scoperte.
Soueti lauorati.
Terra gialla.
Trippa di velluto.

Appreſſo ſaranno li membri, & gabelle, che ſi leuano affatto.

MEmbro del Boccatico, che ſi riſcoteua da' Cittadini, & Contadini, che habitauano fuori nel diſtretto in vece della macina delle biade, che conſumauano per il vitto loro, che pagauano per ogni teſta di Cittadino bolognini 18. $\frac{2}{3}$, & li Contadini bol. 13. $\frac{1}{3}$ che ſi leua tutto, & importa l'anno lire 24000.

Dadia, che ſi pagaua da Contadini, & altri, che lauorano, e faceuano

ceuano lauorare, ſi leua tutta, che importaua l'anno circa lire 16000.

Gabella di legna, paglia, & fieni, tanto dentro della Città, quanto fuori, che ſi pagaua ſei, e mezo per cento, ſi leua affatto, importa circa lire 3500.

Augumento del pane, che importaua l'anno circa lire 22800. ſi leua tutto lire 22800.

Inuentioni di quelli, che fraudano le Gabelle, che ſi affittaua, ſi leua tutta, importa lire 1853.

Cameretta dell'accuſe, ſi leua tutta, importaua lire 1129.

Datij delle tele de' panni, che ſi pagaua per ogni tela, che ſi faceua bol. 40 ſi leua tutto.

Capitaneato della piazza, che per hauer quel carico pagaua ogni anno circa lire 1900. ſi leua di fatto.

Bollettini da Foraſtieri, ch'erano applicati al membro della Poſta, ſi leuano, & importauano lire 1000.

Salario della Camera, che ſi pagaua alla Poſta lire 890. ſi leua lire 890.

Salario del Commune, che ſi pagaua à detta Poſta lire 60. ſi leua lire 60.

Datio delle Carozze da nolo, ſi leua lire 418.

Datio delle Meretrici.
Datio del Vino a ſpina. } ſi leuano, che importauano, lir. 6740.
Datio della Maluaſia.

Membri della gabella groſſa, & graſſa, che ſi leuano affatto.

MArmi, ch'entrauano dentro la Città, che pagauano 17. & mezo per cento, ſi leuano affatto.

Appreſſo ſaranno altri membri, che pagauano tredici per cento, quali pure ſi leuano affatto.

AGLI.
Betette vecchie.
Botte.
Cacole di pecora compoſte.
Calcina da murare.
Capelli da donne.
Carciofali.
Carte dipinte.
Canne di Valle.
Ceci franti.
Cenere.
Cittare.
Code di caualli.
Collari da caualli.
Coltre da letto d'ogni qualità vſate.

Copeta

Copeta.
Criuelli.
Diſſegni.
Diuerſe ſtracciarie.
Faldee.
Ferro rotto.
Garzadura.
Garzi.
Giaroni.
Gianda.
Griſciole di canna.
Guanti.
Hiſtorie.
Lauori di tela.
Lettere da Stampa.
Libri vſati.
Letami.
Limatura.
Maccaroni di paſta.
Maiolica.
Maglia vecchia.
Mobili di caſa vſati.
Moſtarda.
Ortaglia d'ogni qualità.
Pattaria.
Pelliceiarole.
Peli d'animali.
Pelo di Bue.
Penne da ſcriuere.
Pietre di più ſorti.
Pignatte.
Razzi vſi per quelli della Città.
Ritagli.
Sabbione.
Semola.
Santi di legno.
Scaglia.
Salnitro.
Stiuali.
Stagno vſato, &
Spalliere d'ogni ſorte vſate per quelli della Città.
Tamarazzi di lana.
Tamburi.
Tartaruche.
Taſo da botte.
Terra da boccali.
Vccelli di rapina.
Vele vſe.
Veſtiti d'ogni ſorte vſi.

Nota delle Gabelle, che ſi laſciano, e donano alla Communità, per ſeruitio publico.

LI danni dati, che poſſono importar l'anno Lir. 2671.

Appalto delle fornaci de' vetri, & aſſunamento delle ſtraccie per far carta affittato l'anno Lir. 3610.

Delli quattro quattrini, che ſi è ſtabilito, che ſi venda la libra del Sale, tre ne reſtano per la Camera Apoſtolica, & vno per la Communità, il quale importa Lir. 9120.

Le dette gabelle ſi douranno riſcuotere per mano del Teſoriero, ò altri Miniſtri della Camera Apoſtolica, per pagarli in mano del Magiſtrato di detta Città, per ſpenderſi à ſeruitio publico, come parerà ad eſſa Communità.

Nos

NOS cupientes moderationem, reductionem, ſuppreſſionem, & gratias datiorum, & gabellarum huiuſmodi, vt præmittitur factas perpetua firmitate ſubſiſtere, ac Ciues, & populos Ciuitatis Dominij prædictorum illis perpetuò frui, & gaudere, ac eoſdem Ciues, & populos amplioribus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, præinſertas datiorum, & gabellarum moderationem, reductionem, ſuppreſſionem, & gratias auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſq; perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac eos ſingulos Iuris, & facti, aut alios quoſcunque defectus, ſi qui in eiſdem interuenerint ſupplemus. Et nihilominus datia, & gabellas ſupra expreſſas eiſdem modo, & forma, in omnibus, & per omnia moderamur, reducimus, ſupprimimus, & reſpectiuè Communitati, & hominibus Ciuitatis Ferrarien. ſinè tamen aliquo cæterarum gratiarum, & conceſſionum illis per Nos factarum præiudicio reſpectiuè concedimus, & donamus, & elargimur. Volentes, ac eadem auctoritate perpetuò ſtatuentes moderationem, reductionem, ſuppreſſionem, & gratias datiorum, & gabellarum ſupra expreſſarum perpetuò validas, firmas, & efficaces ſubſiſtere, & fore, nec à quoque quauis auctoritate fulgente retractari, reſcindi, aut inualidari, vel annullari quoquo modo poſſe, ſicq; & non aliter per quoſcunque Iudices Ordinarios, & delegatos etiam Cameræ Apoſtolicæ Clericos Præſidentes, ac Theſaurarium, & S. R. E. Camerarium, ipſius quoq; Ciuitatis, & Ducatus Ferrarien. noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legarum, eiuſq; Vicelegatum, ſeu alium Superiorem nunc, & pro tempore exiſtentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudican. & interpretan. facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid secùs ſuper his à quoque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes propterea eiſdem Petro Cardinali Legato, & S. R. E. Camerario, eiuſq; Collegæ, & Vicelegato, necnon Theſaurario Generali, Præſidentibus Clericis, & alijs ſupradictis, vt præmiſſa omnia, & ſingulas ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, inuiolatè perpetuò obſeruari curent, & faciant, contradictores quoſcunque oppoſitionis Iuris, & facti remedijs appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Ciuitatis, & Ducibus prædictorum, necnon etiam Cameræ iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis quibuſuis,

& præ-

& præſertim Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac alijs prædictis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in Iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub Anulo Piſcatoris, die xiij. Iunij, M. DC. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

M. Veſtrius Barbianus.

Die decimaquarta Auguſti M. DC. Supraſcriptum Breue in Camera Apoſtolica præſentatum fuit, & die trigeſima eiuſdem, Camera ipſa, Referente Reuerendiſs. D. Alexandro Centurione dictæ Cameræ Clerico, & Iudice, citato prius Illuſtr. D. Laudiuio Zacchia dictæ Cameræ generali Commiſſario, illud admiſit, & in eiuſdem Cameræ libris regiſtrari mandauit, prout regiſtratum fuit, ſcilicet libro iij. Signaturæ Sanctiſsimi Dom. Noſtri, fol. 22. penès me infraſcriptum dictæ Cameræ Notarium.

Demophoon Ferrinus.

BREVE

DECLARATIO

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

CLEMENTIS OCTAVI.

Ad Breue indultum circa Bull. Pij Quinti de Illegitimis.

CLEMENS PAPA VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

ALIAS à Nobis emanarunt literæ tenore ſubſequentis, videlicet. Ad futuram rei memoriam. Volētes Ciuitatem, & Ducatum noſtrum Ferrarien. eorumq; Ciues, & Incolas amplioribus indies fauoribus benignè proſequi. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtra, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine volumus, ſtatuimus, & ordinamus, quod Camera Noſtra Apoſtolica, eiuſvè Officiales, & Miniſtri quicunque, quauis dignitate, præheminentia, & auctoritate fungentes, & quibuſuis facultatibus ſuffulti, prætextu Conſtitutionis f. I. re. Pij Papæ V. Prædeceſſoris noſtri, in qua de Bonis Emphiteoticis, & Patrimonialibus, & de ſpurijs, ſeu illegitimis tractatur, quæ incipit, Quæ ordini Eccleſiaſtico noxia eſſe, & ſcandalum obijcere perhibentur, ſub Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, ſexto Kal. Februarij, Pontificatus ſui Anno ſexto editæ, necnon alterius Conſtitutionis eiuſdem Pij V. ſuper declaratione dictæ primæ Conſtitutionis ſimiliter editæ, quæ incipit, Ad Romanum ſpectat Pontificem, ſub Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die quinta Martii 1572. Pontificatus ſui Anno ſeptimo, quoſcunque Ciuitatis Ferrarien. aut quarumcunque aliarum Ciuitatum, Terra-

rum

Digitized by Google

rum, & Locorum Ducatus, & Legationis Ferratien. Ciues, Incolas, Habitatores, & Perſonas vtriuſque ſexus pro tempore, & ante deuolutionem Ciuitatis, & Ducatus prædictorum ad Nos, & Sedem Apoſtolicam præterito quoquo modo moleſtare, perturbare, vel inquietare nullatenùs poſſint, vel debeant, quia pœnas dictarũ Conſtitutionum ante dictam deuolutionem incurſas eis gratiosè remittimus, & condonamus; irritum nihilominùs, & inane decernentes quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filiis noſtro, & S. R. E. Camerario, ac Theſaurario Generali, necnon Præſidentibus, Clericis, Commiſſario generali, ac aliis Officialibus, & Miniſtris dictæ Cameræ per præſentes committimus, & mandamus, vt Ciues, Incolas, Habitatores, & perſonas prædictas quoad tempus præteritum ſupradictum præmiſſorum effectu pacificè frui, & gaudere permittant, & faciant. Ab ipſa tamen deuolutione Ciuitatis, & Ducatus prædictorum deinceps in perpetuum Conſtitutionem Pij Prædeceſſoris, illiuſq; declarationem ſupradictas in ipſis etiam Ciuitate, Ducatu, & Legatione Ferrarien. inuiolabiliter obſeruari, & cuſtodiri debere decernimus. Non obſtan. prædicta, & quibuſuis alijs Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſius Cameræ etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis, eidem Cameræ, atq; Camerario, Theſaurario, & aliis prædictis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die VI. Decemb. 1599. Pontific. noſtri Anno Octauo. Cum autem, ſicut accepimus, Ciues, Incolæ, ac Habitatores, & perſonæ vtriuſq; ſexus Ciuitatis, & Ducatus Ferrarien. huiuſmodi vigore prædictarum Pij V. Prædeceſſoris Conſtitutionum, non ſolùm à Camera Apoſtolica, eiuſq; Officialibus, & Miniſtris, ſed etiam ab Eccleſiis, Monaſteriis, & locis Piis, eorumq; Prælatis, Superioribus, & Poſſeſſoribus moleſtari cœperint. Nos eorum quieti, & ſecuritati conſulere volentes, præinſertas literas noſtras ad Eccleſias, Monaſteria, & loca Pia quæcunque, eorumq; Prælatos, Superiores, & Poſſeſſores quouis priuilegio, auctoritate, & dignitate ſuffultos, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium extendimus, eoſq; etiam comprehendere volumus, & declaramus, perinde, ac ſi in eiſdem literis expreſsè nominati

nati

nati fuiſſent; Ita vt Eccleſiæ, Monaſteria, & loca Pia, eorumq́ue vigore prædictarum Conſtitutionum, quoſcunque Ciuitatis Ferrarien. aut quarumcunque aliarum Ciuitatum, Terrarum, & locorum Ducatus,& Legationis Ferrarien. Ciues, Incolas, Habitatores, & perſonas vtriuſque ſexus pro tempore ante deuolutionem Ciuitatis, & Ducatus prædictorum ad Nos, & Sedem Apoſtolicam decurſo ſuper bonis Emphiteoticis ad quaſcunque Eccleſias, Monaſteria, & loca Pia Iure directi Dominij, aut aliàs ſpectan. ad ipſos ante dictam deuolutionem deuentis nullo modo moleſtare poſſint, aut debeant, quia pœnas in dictis Conſtitutionibus contentas non ſolùm quoad Cameram Apóſtolicam, ſed etiam quoad quaſcunque Eccleſias, Monaſteria, & loca Pia huiuſmodi, illis, & vnicuique illorum pro tempore præterito ſupradicto, remiſimus, & condonauimus, & quatenùs opus ſit, de nouo remittimus, & condonamus, ſicq́ue & non aliter per quoſcunque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane decernentes quicquid ſecùs ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, aut in poſterum contigerit attentari. Non obſtantibus prædicti Pij Quinti, ac quibuſuis alijs Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quarumuis Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Piorum locorum, etiam Iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, illis, eorumq́ue Prælatis, Superioribus, Poſſeſſoribus, & alijs perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibus clauſulis; & decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſq́ue contrariis quibuſcunque.

Dat. Romæ apud Sanctum Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die decimaquarta Auguſti M. DCI. Pontificatus Noſtri Anno Decimo.

M. Veſtrius Barbianus.

Die vigeſimaoctaua Menſis Auguſti M. DCI. Præſentes litteræ Apoſtolicæ exhibitæ ex illius decreto commiſſæ fuerunt Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domino Hieronymo Serlupio eiuſdem Cameræ Apoſtolicæ Clerico Præſidenti, & die Lunæ decima Menſis Septembris eiuſdem Anni. præuia citatione contra Illuſtriſs D. Commiſſar. dictæ Cameræ Apoſtol. facta in eadem Camera relatione, ex alio eiuſdem Cameræ decreto admiſſæ, & regiſtratæ fuerunt in libris dictæ Cameræ, penès me infraſcriptum illius Notarium nempè libro ſeptimo Diuerſorum fol. decimonono.

Lutius Calderinus.

B R E V E
Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ
CLEMENTIS VIII.
D E
Cauſis Ferraria, & toto Ducatu ad Vrbis Tribunalia non auocandis.

CLEMENS PAPA VIII.
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

DVBIA, quę ex Conſtitutionibus noſtris emergunt, Nos decet oportuna declaratione remouere. Accepimus ſiquidem nonnullos litigantes Ciuitatis, & Ducatus, ac Legationis noſtrorum Ferrarien. dum vident ſe minus bonum Ius fouere, vt collitigantes diutiùs fatigatos detineant, cauſas eorum à Iudicibus in Ciuitate Ferrarien. deputatis, coram quibus pendent, auocari, & ad Tribunalia, ſeu Iudices Almæ Vrbis noſtræ deduci. Ipſoſq; Iudices Ferrariæ inhibitionibus impediri, eorumq; manus ligari indebitè procurare, idque ſub varijs prætextibus facere poſſe, non obſtantibus priuilegijs per Nos dictis Ciuitati, & Ducatui Ferrarien. ac dilectis filijs Communitati, & Hominibus eiuſdem Ciuitatis conceſſis, iactare. Sicq; Priuilegia prædicta in dubium reuocare. Nos itaque omnem ſuper præmiſſis dubitandi materiam præcidere, noſtraque priuilegia prædicta illæſa conſeruari, nec ab aliquibus perperam interpretari ſatagentes, eorumdemq; priuilegiorum tenores, & datas præſentibus pro expreſſis habentes harum ſeriè declaramus, noſtræ intentionis fuiſſe, & eſſe, vt cauſæ omnes tàm ciuiles, quàm criminales, & mixtæ inter quaſcunque perſonas (non tamen Eccleſiaſticas ſi reæ fuerint, nec Cameram noſtram Apoſtolicam, ſiue Actrix, ſiue rea fuerit, circa cuius cauſas huiuſmodi priuilegijs ſibi per Romanos Pontifices, &

Apoſtolicam Sedem conceſſis non intendimus præiudicare) inter limites Ciuitatis, Ducatus, Legationis Ferrarien. motas, & mouentes in prima inſtantia coram ſuis Iudicibus à nobis deſtinatis iuxta priuilegiorum noſtrorum ſeriem, & tenorem omninò cognoſci, decidi, & terminari, nec ab eis à quibuſcunque Almæ Vrbis Iudicibus, & Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Auditore, aut ſacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditoribus vigore quorumcunque priuilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum illis conceſſorum, & pro tempore concedendorum auocari nullatenus poſſe, & debere, Iudicesq; Ciuitatis Ferrariæ inhibitionibus Iudicum Vrbis etiã dictorum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ, ac Palatij Apoſtolici Auditorum parere non teneri, neque cenſuris, & pœnis in ipſis inhibitionibus comminatis, vel inflictis affici, vel aliquo modo aſtringi, vel alias ne in cauſis coram ipſis pendentibus procedant impediri, vel remorari poſſe. Sicque per quoſcunque Iudices Ordinarios, & delegatos etiam dictos Auditores, necnon eiuſdem S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac priuilegijs, indultis, & litteris Apoſtolicis Auditoribus prædictis, & quibuſuis aliis ſub quibuſcunque tenoribus & formis, & cum quibuſuis clauſulis, & decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris, die xiv. Octobris M. DC. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

M. Veſtrius Barbianus.

BREVE

B R E V E

Sanctiſs. Domini Noſtri Papæ

CLEMENTIS VIII.

SVPER INSTITVTIONE ZECCHÆ Ciuitatis Ferrariæ.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilecti Filij Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SINCERÆ deuotionis, & fidelitatis obſequia, quæ erga Nos, & Sedem Apoſtolicam gerere comprobamini, promerentur, vt vos ſpecialibus fauoribus & gratijs, proſequamur. Expoſuit ſiquidem Nobis dilectus filius Comes Hieronymus Giliolus Ciuis, & Orator veſter, vos ſummoperè deſiderare, vt in dicta veſtra Ciuitate Zeccha publica inſtituatur, & aperiatur, in qua monetas cuiuſcunque generis, vt præteritum conſueuiſtis, cudi facere valeatis, ex ea enim vos aliquid vtilitatis conſecuturos, & maximam populis eiuſdem Ciuitatis, & Dominij commoditatem allaturos ſperatis. Quare dictus Orator Nobis humiliter nomine veſtro ſupplicauit, vt vobis in præmiſſis noſtræ auctoritatis licentiam, & facultatem impartiri de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, veſtriſq; in præmiſſis votis annuere volentes, ac vos, veſtrum quemlibet à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à Iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtitis ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſeriè abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, vobis, vt in dicta Ciuitate Ferrar. in loco à vobis in eadem Ciuitate ſtatuendam Zeccham publicam inſtituere, & aperire, & in ea cuiuſcunque generis monetæ aureæ, vel argenteæ, eius tamen ligæ,

 &quan-

& quantitatis, quam de licentia S. R. E. Camerarij, necnon dilecti filij noſtri Moderni, & pro tempore exiſtentis, eiuſdem Ciuitatis Legati, ſeu Collegati obtinueritis, & quæ per dictos Camerarium, Legatum, & Collegatum vobis conceſſa fuerit, cudi, & imprimi facere valearis, licentiam, facultatem, & omnimodam auctoritatem, tenore præſentium concedimus, & impartimur. Quocirca dilectijs etiam filijs noſtro, & S. R. E. Camerario, & Viceeamerario, Theſaurario, & Clericis Præſidentibus noſtræ Cameræ Apoſtolicæ, vt has præſentes noſtras litteras in eadem Camera recipiãt, & admittant, & in illius libris regiſtrari mandent, & faciant necnon eiſdem, ac dictis Legato, ſeu Collegato, ac omnibus, & ſingulis, ac quos nunc ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum per Apoſtolica ſcripta mandamus, vt vobis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant vos, licentia, & conceſſione prædictis pacificè vti, frui, & gaudere, non permittens vos deſuper ab aliquo moleſtari. Contradictores quoſcunque per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaq; opportuna Iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ noſtræ Cameræ Apoſt. iuramento confirmatione Apoſt. vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, ſtabilimentis, vſibus, naturis, priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis eidem Cameræ, illiusq; Agentibus, & Miniſtris, ac perſonis quibuſcunque ſub quibuſuis tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis derogatorijs, aliisq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibusq; & aliis decretis, etiam Motuproprio, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conſiſtorialiter, aut alias quomodolibet cõceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſi de illis, eorumque integris Tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda eſſet, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro ſufficienter expræſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, & regiſtratis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſq; contrariis quibuſcunque. Volumus autem, & mandamus, vt ſcuta aurea, ducati, pauli, & monetæ vulgariter plaſtræ, groſſi, & baiocchi nuncupat. & aliæ monetæ in dicta Zeccha cudendæ, ad pondus, & bonitatem Zecchæ huius Almæ Vrbis imprimantur, & cudantur, vtq; in illorum impreſſione, & cuſſione adhibeantur Magiſteria, Officiales, & Miniſtri de licentia, & auctoritate S. R. E. Camerarii inſtituendi, & ab eo deputandi, vt fieri ſolet in eadem Zeccha Vrbis, & antequam dictæ monetæ cuiuſcunque generis in

Zeccha

Zeccha Ferrariæ impreſſæ, & cuſſæ ab eadem Zeccha dimittantur, in præſentia dicti Legati, ſeu Collegati, aut Vicelegati, ac pro tempore exiſtentis in dicta Ciuitate Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarii, ſeu Vicecommiſſarii fiat experimentum, Sagium nuncupatum, etſi reperientur ad pondera, & bonitates prædictas cuſſas eſſe dimittantur, ſin autem fundantur, & denuò ad pondera, & bonitates prædictas reducantur, & cudantur. Prohibentes expreſsè ſub noſtræ, & Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum indignationis pœna, nè in dicta Zeccha Ferrariæ, quatrantes, aut cuiuſuis alterius generis monetæ ex ære confectę, cudantur, aut imprimantur, aut cudi, vel imprimi permittantur abſque noſtra, vel eorum Succeſſorum in ſcriptis obtinenda licentia, & permiſſione.

Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris, die xviij. Ianuarij M. DCII. Pontificatus Noſtri Anno Decimo.

M. Veſtrius Barbianus.

Die xxv. Menſis Februarij 1602. Præſentes litteræ Apoſtolicæ exhibitæ fuerunt in Cameræ Apoſtolicæ, & ex illius decreto commiſſæ fuerunt Perilluſtr. & Reuerendiſſ. D. Melchiori Creſcentio, eiuſdem Cameræ Apoſtolicæ Clerico, & Zechar. Præſidi, per quem die quarta Martij eiuſdem Anni, præuia citatione contra Illuſtr. D. dictæ Cameræ Apoſt. Commiſſar. facta in eadem Camera relatione, ex alio eiuſdem Cameræ decreto admiſſæ, & regiſtratæ fuerunt in illius libris, penès me eiuſdem Cameræ Notar. exiſtentibus nempè libro Diuerſorum fol. 88.

Lucius Calderinus.

A tergo.

Dilectis Filijs Communitati, & Hominibus Ciuitatis noſtræ Ferrarienſis.

BREVE

& præſertim Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac alijs prediĉtis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in Iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub Anulo Piſcatoris, die xiij. Iunij, M. DC. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

M. Veſtrius Barbianus.

Die decimaquarta Auguſti M. DC. Supraſcriptum Breue in Camera Apoſtolica præſentatum fuit, & die trigeſima eiuſdem, Camera ipſa, Referente Reuerendiſs. D. Alexandro Centurione dicta Cameræ Clerico, & Iudice, citato prius Illuſtr. D. Laudiuio Zacchia dictæ Cameræ generali Commiſſario, illud admiſit, & in eiuſdem Cameræ libris regiſtrari mandauit, prout regiſtratum fuit, ſcilicet libro iij. Signaturæ Sanctiſſimi Dom. Noſtri, fol. 22. penes me infraſcriptum dictæ Cameræ Notarium.

Demophoon Ferrinus.

BREVE

DECLARATIO

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

CLEMENTIS OCTAVI.

Ad Breue indultum circa Bull. Pij Quinti de Illegitimis.

CLEMENS PAPA VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

ALIAS à Nobis emanarunt literæ tenore ſubſequentis, videlicet. Ad futuram rei memoriam. Volẽtes Ciuitatem, & Ducatum noſtrum Ferrarien. eorumq; Ciues, & Incolas amplioribus indies fauoribus benignè proſequi. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtra, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine volumus, ſtatuimus, & ordinamus, quod Camera Noſtra Apoſtolica, eiuſvè Officiales, & Miniſtri quicunque, quauis dignitate, præheminentia, & auctoritate fungentes, & quibuſuis facultatibus ſuffulti, prætextu Conſtitutionis f. l. re. Pij Papæ V. Prædeceſſoris noſtri, in qua de Bonis Emphiteoticis, & Patrimonialibus, & de ſpurijs, ſeu illegitimis tractatur, quæ incipit, Quæ ordini Eccleſiaſtico noxia eſſe, & ſcandalum obijcere perhibentur, ſub Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, ſexto Kal. Februarij, Pontificatus ſui Anno ſexto editæ, necnon alterius Conſtitutionis eiuſdem Pij V. ſuper declaratione dictæ primæ Conſtitutionis ſimiliter editæ, quæ incipit, Ad Romanum ſpectat Pontificem, ſub Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die quinta Martii 1572. Pontificatus ſui Anno ſeptimo, quoſcunque Ciuitatis Ferrarien. aut quarumcunque aliarum Ciuitatum, Terra-

rum

Digitized by Google

rum, & Locorum Ducatus, & Legationis Ferrarien. Ciues, Incolas, Habitatores, & Perſonas vtriuſque ſexus pro tempore, & ante deuolutionem Ciuitatis, & Ducatus prædictorum ad Nos, & Sedem Apoſtolicam præterito quoquo modo moleſtare, perturbare, vel inquietare nullatenùs poſſint, vel debeant, quia pœnas dictarũ Conſtitutionum ante dictam deuolutionem incurſas eis gratiosè remittimus, & condonamus; irritum nihilominùs, & inane decernentes quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filiis noſtro, & S. R. E. Camerario, ac Theſaurario Generali, necnon Præſidentibus, Clericis, Commiſſario generali, ac aliis Officialibus, & Miniſtris dictæ Cameræ per præſentes committimus, & mandamus, vt Ciues, Incolas, Habitatores, & perſonas prædictas quoad tempus præteritum ſupradictum præmiſſorum effectu pacificè frui, & gaudere permittant, & faciant. Ab ipſa tamen deuolutione Ciuitatis, & Ducatus prædictorum deinceps in perpetuum Conſtitutionem Pij Prædeceſſoris, illiusq; declarationem ſupradictas in ipſis etiam Ciuitate, Ducatu, & Legatione Ferrarien. inuiolabiliter obſeruari, & cuſtodiri debere decernimus. Non obſtan. prædicta, & quibuſuis alijs Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſius Cameræ etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis, eidem Cameræ, atq; Camerario, Theſaurario, & aliis prædictis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die VI. Decemb. 1599. Pontific. noſtri Anno Octauo. Cum autem, ſicut accepimus, Ciues, Incolæ, ac Habitatores, & perſonæ vtriusq; ſexus Ciuitatis, & Ducatus Ferrarien. huiuſmodi vigore prædictarum Pii V. Prædeceſſoris Conſtitutionum, non ſolùm à Camera Apoſtolica, eiusq; Officialibus, & Miniſtris, ſed etiam ab Eccleſiis, Monaſteriis, & locis Piis, eorumq; Prælatis, Superioribus, & Poſſeſſoribus moleſtari cœperint. Nos eorum quieti, & ſecuritati conſulere volentes, præinſertas literas noſtras ad Eccleſias, Monaſteria, & loca Pia quæcunque, eorumq; Prælatos, Superiores, & Poſſeſſores quouis priuilegio, auctoritate, & dignitate ſuffultos, auctoritate Apoſtolica, tenore preſentium extendimus, eosq; etiam comprehendere volumus, & declaramus, perinde, ac ſi in eiſdem literis expreſsè nominati

nati

nati fuiſſent; Ita vt Eccleſiæ, Monaſteria, & loca Pia, eorumque vigore prædictarum Conſtitutionum, quoſcunque Ciuitatis Ferrarien. aut quarumcunque aliarum Ciuitatum, Terrarum, & locorum Ducatus,& Legationis Ferrarien. Ciues, Incolas, Habitatores, & perſonas vtriuſque ſexus pro tempore ante deuolutionem Ciuitatis, & Ducatus prædictorum ad Nos, & Sedem Apoſtolicam decurſo ſuper bonis Emphiteoticis ad quaſcunque Eccleſias, Monaſteria, & loca Pia Iure directi Dominij, aut aliàs ſpectan. ad ipſos ante dictam deuolutionem deuentis nullo modo moleſtare poſſint, aut debeant, quia pœnas in dictis Conſtitutionibus contentas non ſolùm quoad Cameram Apoſtolicam, ſed etiam quoad quaſcunque Eccleſias, Monaſteria, & loca Pia huiuſmodi, illis, & vnicuique illorum pro tempore præterito ſupradicto, remiſimus, & condonauimus, & quatenùs opus ſit, de nouo remittimus, & condonamus, ſicque & non aliter per quoſcunque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane decernentes quicquid ſecùs ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, aut in poſterum contigerit attentari. Non obſtantibus prædicti Pij Quinti, ac quibuſuis alijs Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quarumuis Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Piorum locorum, etiam Iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, illis, eorumque Prælatis, Superioribus, Poſſeſſoribus, & alijs perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibus clauſulis; & decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Dat. Romæ apud Sanctum Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die decimaquarta Auguſti M. DCI. Pontificatus Noſtri Anno Decimo.

M. Veſtrius Barbianus.

Die vigeſimaoctaua Menſis Auguſti M. DCI. Pręſentes litterę Apoſtolicę exhibitę ex illius decreto commiſſę fuerunt Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domino Hieronymo Serlupio eiuſdem Camerę Apoſtolicę Clerico Pręſidenti, & die Lunę decima Menſis Septembris eiuſdem Anni, preuia citatione contra Illuſtriſs D. Commiſſar. dictę Camerę Apoſtol. facta in eadem Camera relatione, ex alio eiuſdem Camerę decreto admiſſę, & regiſtratę fuerunt in libris dictę Camerę, penès me infraſcriptum illius Notarium nempè libro ſeptimo Diuerſorum fol. decimonono.

Lutius Calderinus.

BREVE

B R E V E

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

CLEMENTIS VIII.

D E

Cauſis Ferraria, & toto Ducatu ad Vrbis Tribunalia non auocandis.

CLEMENS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

DVBIA, quę ex Conſtitutionibus noſtris emergunt, Nos decet oportuna declaratione remouere. Accepimus ſiquidem nonnullos litigantes Ciuitatis, & Ducatus, ac Legationis noſtrorum Ferrarien. dum vident ſe minus bonum Ius fouere, vt collitigantes diutiùs fatigatos detineant, cauſis eorum à Iudicibus in Ciuitate Ferrarien. deputatis, coram quibus pendent, auocari, & ad Tribunalia, ſeu Iudices Almæ Vrbis noſtræ deduci. Ipſosq; Iudices Ferrariæ inhibitionibus impèdiri, eorumq; manus ligari indebitè procurare, idq́ue ſub varijs prætextibus facere poſſe, non obſtantibus priuilegijs per Nos dictis Ciuitati, & Ducatui Ferrarien. ac dilectis filijs Communitati, & Hominibus eiuſdem Ciuitatis conceſſis, iactare. Sicq; Priuilegia prædicta in dubium reuocare. Nos itaque omnem ſuper præmiſſis dubitandi materiam præcidere, noſtraq́ue priuilegia prædicta illæſa conſeruari, nec ab aliquibus perperam interpretati ſatagentes, eorumdemq; priuilegiorum tenores, & datas præſentibus pro expreſſis habentes harum ſeriè declaramus, noſtræ intentionis fuiſſe, & eſſe, vt cauſæ omnes tàm ciuiles, quàm criminales, & mixtæ inter quaſcunque perſonas (non tamen Eccleſiaſticas ſi reæ fuerint, nec Cameram noſtram Apoſtolicam, ſiue Actrix, ſiue rea fuerit, circa cuius cauſas huiuſmodi priuilegijs ſibi per Romanos Pontifices, &

Apoſtolicam Sedem conceſſis non intendimus præiudicare) inter limites Ciuitatis, Ducatus, Legationis Ferrarien. motas, & mouentes in prima inſtantia coram ſuis Iudicibus à nobis deſtinatis iuxta priuilegiorum noſtrorum ſeriem, & tenorem omninò cognoſci, decidi, & terminari, nec ab eis à quibuſcunque Almæ Vrbis Iudicibus, & Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Auditore, aut ſacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditoribus vigore quorumcunque priuilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum illis conceſſorum, & pro tempore concedendorum auocari nullatenus poſſe, & debere, Iudicesq; Ciuitatis Ferrariæ inhibitionibus Iudicum Vrbis etiã dictorum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ, ac Palatij Apoſtolici Auditorum parere non teneri, neque cenſuris, & pœnis in ipſis inhibitionibus comminatis, vel inflictis affici, vel aliquo modo aſtringi, vel alias ne in cauſis coram ipſis pendentibus procedant impediri, vel remorari poſſe: Sicque per quoſcunque Iudices Ordinarios, & delegatos etiam dictos Auditores, necnon eiuſdem S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac priuilegijs, indultis, & litteris Apoſtolicis Auditoribus prædictis, & quibuſuis aliis ſub quibuſcunque tenoribus & formis, & cum quibuſuis clauſulis, & decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris, die xiv. Octobris M. DC. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

M. Veſtrius Barbianus.

BREVE

BREVE

Sanctiſs. Domini Noſtri Papæ

CLEMENTIS VIII.

SVPER INSTITVTIONE ZECCHÆ Ciuitatis Ferrariæ.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilecti Filij Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SINCERÆ deuotionis, & fidelitatis obſequia, quæ erga Nos, & Sedem Apoſtolicam gerere comprobamini, promerentur, vt vos ſpecialibus fauoribus & gratijs, proſequamur. Expoſuit ſiquidem Nobis dilectus filius Comes Hieronymus Giliolus Ciuis, & Orator veſter, vos ſummoperè deſiderare, vt in dicta veſtra Ciuitate Zeccha publica inſtituatur, & aperiatur, in qua monetas cuiuſcunque generis, vt præteritum conſueuiſtis, cudi facere valeatis, ex ea enim vos aliquid vtilitatis conſecuturos, & maximam populis eiuſdem Ciuitatis, & Dominij commoditatem allaturos ſperatis. Quare dictus Orator Nobis humiliter nomine veſtro ſupplicauit, vt vobis in præmiſſis noſtræ auctoritatis licentiam, & facultatem impartiri de benignitate Apoſtolica dignatemur. Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, veſtrisq; in præmiſſis votis annuere volentes, ac vos, veſtrum quemlibet à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à Iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtitis ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſeriè abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, vobis, vt in dicta Ciuitate Ferrar. in loco à vobis in eadem Ciuitate ſtatuendam Zeccham publicam inſtituere, & aperire, & in ea cuiuſcunque generis monetæ aureæ, vel argenteæ, eius tamen ligæ,

& quantitatis, quam de licentia S. R. E. Camerarij, necnon dilecti filij noſtri Moderni, & pro tempore exiſtentis, eiuſdem Ciuitatis Legati, ſeu Collegati obtinueritis, & quæ per dictos Camerarium, Legatum, & Collegatum vobis conceſſa fuerit, cudi, & imprimi facere valeatis, licentiam, facultatem, & omnimodam auctoritatem, tenore præſentium concedimus, & impartimur. Quocirca dilectijs etiam filijs noſtro, & S. R. E. Camerario, & Viceeamerario, Theſaurario, & Clericis Præſidentibus noſtræ Cameræ Apoſtolicæ, vt has præſentes noſtras litteras in eadem Camera recipiāt, & admittant, & in illius libris regiſtrari mandent, & faciant necnon eiſdem, ac dictis Legato, ſeu Collegato, ac omnibus, & ſingulis, ac quos nunc ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum per Apoſtolica ſcripta mandamus, vt vobis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant vos, licentia, & conceſſione prædictis pacificè vti, frui, & gaudere, non permittens vos deſuper ab aliquo moleſtari. Contradictores quoſcunque per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaq; opportuna Iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ noſtræ Cameræ Apoſt. iuramento cōfirmatione Apoſt. vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, ſtabilimentis, vſibus, naturis, priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis eidem Cameræ, illiusq; Agentibus, & Miniſtris, ac perſonis quibuſcunque ſub quibuſuis tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis derogatorijs, aliisq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibusq; & aliis decretis, etiam Motuproprio, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conſiſtorialiter, aut alias quomodolibet cōceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſi de illis, eorumque integris Tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda eſſet, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro ſufficienter expræſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, & regiſtratis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſq; contrariis quibuſcunque. Volumus autem, & mandamus, vt ſcuta aurea, ducati, pauli, & monetæ vulgariter plaſtræ, groſſi, & baiocchi nuncupat. & aliæ monetæ in dicta Zeccha cudendæ, ad pondus, & bonitatem Zecchæ huius Almæ Vrbis imprimantur, & cudantur, vtq; in illorum impreſſione, & cuſſione adhibeantur Magiſteria, Officiales, & Miniſtri de licentia, & auctoritate S. R. E. Camerarii inſtituendi, & ab eo deputandi, vt fieri ſolet in eadem Zeccha Vrbis, & antequam dictæ monetæ cuiuſcunque generis in

Zeccha

Zeccha Ferrariæ impreſſæ, & cuſſæ ab eadem Zeccha dimittantur, in præſentia dicti Legati, ſeu Collegati, aut Vicelegati, ac pro tempore exiſtentis in dicta Ciuitate Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarii, ſeu Vicecommiſſarii fiat experimentum, Sagium nuncupatum, etſi reperientur ad pondera, & bonitates prædictas cuſſas eſſe dimittantur, ſin autem fundantur, & denuò ad pondera, & bonitates prædictas reducantur, & cudantur. Prohibentes expreſsè ſub noſtræ, & Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum indignationis pœna, nè in dicta Zeccha Ferrariæ, quatrantes, aut cuiuſuis alterius generis monetæ ex ære confectę, cudantur, aut imprimantur, aut cudi, vel imprimi permittantur abſque noſtra, vel eorum Succeſſorum in ſcriptis obtinenda licentia, & permiſſione.

Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris, die xviij. Ianuarij M. DCII. Pontificatus Noſtri Anno Decimo.

M. Veſtrius Barbianus.

Die xxv. Menſis Februarij 1602. Præſentes litteræ Apoſtolicæ exhibitæ fuerunt in Cameræ Apoſtolicæ, & ex illius decreto commiſſæ fuerunt Perilluſtr. & Reuerendiſſ. D. Melchiori Creſcentio, eiuſdem Cameræ Apoſtolicæ Clerico, & Zechar. Præſidi, per quem die quarta Martij eiuſdem Anni, præuia citatione contra Illuſtr. D. dictæ Cameræ Apoſt. Commiſſar. facta in eadem Camera relatione, ex alio eiuſdem Cameræ decreto admiſſæ, & regiſtratæ fuerunt in illius libris, penès me eiuſdem Cameræ Notar. exiſtentibus nempè libro Diuerſorum fol. 88.

Lutius Calderinus.

A tergo.

Dilectis Filijs Communitati, & Hominibus Ciuitatis noſtræ Ferrarienſis.

BREVE

extendimus, ac illum, nec non alterum quadrantem, & ſic in totum duos quadrantes ſuper vnaquaq; libra Salis in dicta Ciuitate Ferrarienſi, eiuſq; Territorio, & diſtrictu tantum de ceterò vendendi, eiſdem Communitati, & hominibus perpetuò donauimus, & conceſſimus, ac plenam, & omnimodam facultatem, poteſtatem, & auctoritatem dictos duos quadrantes in ſingulas libras Salis prædicti ab omnibus, & ſingulis, ad quos in futurum ſpectaret, perpetuò ac liberè, & licitè, percipiendi, & exigendi dedimus, & conceſſimus, & ſuper illorum perceptione, & exactione nullo vnquam tempore à Camera noſtra Apoſtolica, aut à quocunq; alio quauis occaſione, vel cauſa moleſtari, impediri, aut perturbari poſſe decreuimus, & declarauimus, ſtatuimus tamen, & mandauimus, vt dicti duo quadrantes in alium vſum, vel etiam ipſius Ciuitatis vrgentiſſimam neceſſitatem nullo vnquàm tempore conuerti poſſent, & idcircò donationem iſtam ab alijs euidem Communitatis redditibus, & prouentibus perpetuò ſegregauimus, & ſeparauimus, ſegregatamq; & ſeperatam eſſe voluimus, quodq; de ea Reformatores ſtudij, Magiſtratus Ferrariæ qui pro tempore erunt, ad vſum eiſdem Studij tantùm diſponere poſſent. Vt verò largitio iſta rectè, & ritè ad prædicti Studii augmentum, & manutentionem perueniret debetet, ſtatuimus, & ordinauimus, vt dicti Reformatores in tribus tertiariis, atq; in qualibet earum pro rata Lectoribus quibuſcunq; aſſignata ſtipendia effectualiter date nullo vnquàm tempore prætermitterent, ita quòd Lectores omnes ſalarium annuum quolibet anno integrè conſequerentur, & obtinerent, & ſi vltra ſtipendia, impendia, impenſas, & alia ad prædicti Studii conſeruationem, & augmentum neceſſaria quicquàm pecuniæ vllo vnquam tempore ſupereſſet, illud per eoſdem Reformatores in aliquam rem immobilem quotannis erogaretur, quæ res eiuſdem Studii peculium proprium efficeretur, eiuſdem Iuris cuius, & donatio ſupraſcripta. Si verò Reformatores id facere neglexiſſent, ſeù diſtuliſſent, vel atiam in alium vſum pecuniam eiuſdem Studii conuertiſſent, ſeù conuerti mandauiſſent, ſtatim Honore, & dignitate prædicta ipſo Iure priuarentur, & nihilominus ad eiuſdem Studii damnum de pecuniis propriis reſarciendum tenerentur, & obligati exiſterent, ac aliàs prout in noſtri deſuper in forma Breuis ſub data die 21. Nouẽbris Anni præteriti M. DCI. expeditis literis pleniùs continetur. Cum autem ſicut pro parte dilectorum filiorum Magiſtratus eiuſdem Ciuitatis Ferrarieñſis nobis nuper expoſitum fuit, perſonę Eccleſiaſticæ, Seculares, & Regulares, & aliæ, quæ priuilegia, & exemptiones, ac immunitates

ab

ab Apoſtolica Sede conceſſas, & ſeu confirmatas habent, ſe ad ſolutionem dictorum duorum quadrantum pro qualibet libra Salis minimè teneri prætendant, & propterea donatio per nos facta huiuſmodi modici emolumenti, & commodi prædicto ſtudio generali exiſtat. Nos conſiderantes ex manutentione, & ampliatione dicti Studii generalis, ipſis quoque Eccleſiaſticis, & præſertim Regularibus, ac aliis priuilegiatis perſonis, quæ in eodem Studio generali litterarum, & præſertim ſacrarum Studiis commodiùs, & minori cum diſpendio vacare poterunt, quàm ſi ad alia Studia generalia extra dictam Ciuitatem accedere cogerentur, & propterea, vt donatio noſtra prædicta ipſi generali Studio Ferrarienſi eum, quem ab initio ſperauimus, fructum, & emolumentum afferat opportunè prouidere volentes. Motu etiam proprio, & ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtra, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, harum ſeriè perpetuò decernimus, & declaramus perſonas Eccleſiaſticas, tàm Sæculares, quàmque cuiuſuis ordinis, & inſtituti Regulares cuiuſcunque dignitatis, gradus, & conditionis exiſtant, & aliàs etiam quantumuis priuilegiatas, & exemptas perſonas ad ſolutionem dictorum duorum quadrantum pro qualibet libra Salis in dicta Ciuitate Ferrarienſi, eiusq; territorio, & diſtrictu tantùm vendendi omninò teneri, & obligatas exiſtere, nec illis, aut cuicunque illarum, quoad huiuſmodi ſolutionem quæcunque priuilegia, immunitates, exemptiones, gratias, & indulta illis cuilibet illarum, aut quibuſuis illarum Eccleſiis, Monaſteriis, Locis piis, & ordinibus, quorum exiſtunt per quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac nos, & Apoſtolicam Sedem quomodolibet conceſſa, confirmata, & approbata vllatenus ſuffragari, ſicq; & non aliter per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici. Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoq; quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Ciuitate, & Ducatu noſtro Ferrarienſi de Latere Legato, vel eius Collegato, ſeù Vicelegato per præſentes committimus, & mandamus, vt per ſe, vel alium, ſeù alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi, quando, & quoties opus fuerit ſolemniter publicari faciat præmiſſa ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, inuiolatè obſeruari. Contradictores quoſcunq; per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas aliaq; opportuna Iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſeù adhibito, ſi opus fuerit, auxilio brachij Sæcularis, Non obſtantibus quibuſuis Apoſtolicis præſertim

fel.

fel. rec. Pii Papæ V. Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit. Dum ad vberes, ac in vniuerſalibus, Prouincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quarumcunq; Eccleſiarum, Monaſteriorum, piorum locorum, & ordinum etiam Mendicantium Iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoq; indultis, & literis Apoſtolicis etiam Mare Magnum, & Bulla aurea, aut aliàs quomodolibet nuncupatis eiſdem Eccleſiis, Monaſteriis, Locis pijs, & ordinibus, eorumq; Prælatis, Superioribus, & perſonis, aut quibuſcunq; tenoribus, & formis, & cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatariis, aliisq; efficacioribus, & in ſolitis clauſulis; ac irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cęterisq; contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcaroris, Die 14. Auguſti M. DCII. Pontificatus noſtri Anno Vndecimo.

Die Veneris octaua Menſis Nouembris Anni 1602. Præſentes literæ in Camera Apoſtolica exhibitæ ex illius decreto commiſſæ fuerunt per Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Horatio Maffæo eiuſdem Cameræ Clerico dicto Præſidenti. Quo referente citato Illuſtr. D. Laudiuio Zacchia eiuſdem Cameræ generali Commiſſario vigore ſpecialis, chyrographi manu Sanctiſſimi ſignati, Die Veneris xviij. Menſis Ianuarij Anni M. DC. III. in eadem Camera admiſſæ, & vnocum dicto chirographo regiſtratæ fuerunt in eiuſdem Cameræ libris penes in infraſcriptum illius Notarium exiſtentibus nempè libro octauo Diuerſorum, fol. 64.

Pro Succeſſore, In Officio D. Lutij Calderini.
Ioannes Baptiſta Cennus, &c.

M. Veſtrius Barbianus.

BREVE

B R E V E

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

CLEMENTIS OCTAVI.

Quo conceduntur

PRIVILEGIA, ET IMMVNITATES

Collegijs Doctorum, & Vniuerſitati Scholarium Studij Generalis Almæ Ciuitatis Ferrariæ.

CLEMENS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

SANCTAE Romanæ Eccleſiæ dignitati, & honori, ipſiusque temporalis ditionis conſeruationi, & augmento maximè conducere arbitramur, vt in præcipuis eiuſdem temporalis ditionis Ciuitatibus publicæ vigeant ſtudiorum generalium Vniuerſitates, in quibus tùm ipſius imprimis S. R. E. Subditi exteri, tùm etiam optimatum Diſciplinarum Studijs vacare poſsint: Et propterea vt magis in dies efflореſcant. Nos illas amplioribus in dies fauoribus & gratiis, libenter proſequimur, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Cum itaq; in Ciuitate noſtra Ferrarienſi ab antiquiſsimo tempore inſtituta ſit Vniuerſitas Studij generalis, Nos, qui Ciuitatem prædictam per Nos ſub immediatam noſtram, & S. R. E. iuriſdictionem temporalem receptam peculiari quadam dilectione proſequimur, cupientes Vniuerſitatem Studij generalis huiuſmodi non ſolùm conſeruari; ſed in dies maiora ſuſcipere incrementa, illam ſpecialibus quibuſdam priuilegiis, & gratiis duximus exornandam. Motu igitur proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac matura

delibe-

Digitized by Google

deliberatione, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine harum ſerie perpetuò concedimus, & indulgemus. Quòd Profeſſores in dicta Vniuerſitate Studij generalis Ferrarienſis, vtriusq; Iuris, ac Artium & Medicinæ, cum ſe opportunitas obtulerit Rectores, vt in more eſt, creare poſsint. Quo i huiuſmodi Rectores pro tempore, & is non exiſtentibus. Reformatores Studij prædicti facultatem habeant Iuſdicendi de cauſis, & litibus ciuilibus Scholarium dicti Studij quoad ſummam decem ſcutorum tantùm; tàm actiuè, quàm paſsiuè, & priuatiuè quoad alios Iudices quoſcunq;. Quod iidem Rectores vna cum Conſiliarijs, & Theſaurario, ſeù Reformatores, implorata ante omnia auctoritate, & obtenta licentia dilecti filij Noſtri, & Apoſtolicæ Sedis in dicta Ciuitate Ferrarienſi Legati, ſeù Gubernatoris pro tempore exiſtentis, ſtatuta dictæ Vniuerſitatis corrigere, & reformare poſsint, quæ ſic correcta, & reformata perinde ac ſi auctoritate Apoſtolica roborata eſſent, obſeruari debeant. Quòd Scholaribus deſcriptis in albo dictæ Vniuerſitatis de prædicti Legati, ſeu Gubernatoris licentia, qui inſpecta qualitate perſonarum, & morum huiuſmodi licentiam concedet. Arma quæcunque non tamem expreſſe prohibita, diu, noctuq; cum lumine, & vbiq; locorum deferre liceat, non obſtantibus, vel bannis quibuſcunq; minimè obſtantibus. Quòd Doctores legentes, & Scholares tàm Ferrarienſes, & alii Subditi S. R. E. quàm alienigenæ quicunq; albo dictæ Vniuerſitatis adſcripti, veniendo, & recedendo, conducendo, & reconducendo libros, veſtes, ſupellectilia, vtenſilia, ac ea etiam emendo pro ipſorum, & familiæ ipſorum vſu, & opportunitate, ab omnibus gabellis, vectigalibus, pedagijs, datijs, etiam Bullettæ, & tranſitibus, alijsq; oneribus (præterquàm Molituræ, & gabellæ, quæ dicitur di *Piazza*) necnon etiam ab omnibus factionibus, angariis, & perangariis, ac oneribus perſonalibus, & realibus, tàm hucvſq; impoſitis, quã in poſterum ex quacunque cauſa imponendis penitus immunes, & exempti ac liberi perpetuò exiſtant, prout Nos illos, & quemlibet eorum liberos, immunes, & exemptos perpetuò facimus, & declaramus. Demum Collegiis Doctorum, & Vniuerſitati Scholarium Studii generalis Ferrarienſis omnia, & ſingula priuilegia, & indulta per quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Apoſtolicam Sedem Collegiis Doctorum, & Vniuerſitati Scholarium Studii generalis Ciuitatis noſtræ Bononienſis conceſſa, etiam ſi talia ſint, quæ ſpeciali nota digna eſſent, quæ tamen omnia, & ſingula præſentibus pro ſigillatim expreſsis, & ſpecificatis haberi volumus, Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine

ſimilibus, ita vt Collegia Doctorum, ac Vniuerſitas Scholarium Studij generalis Ferrarienſis huiuſmodi priuilegijs, & indultis, in omnibus, & per omnia frui, potiri, & gaudere poſsint, & valeant, perinde ac ſi illis nominatim conceſſa fuiſſent, concedimus, & indulgemus. Quocirca per præſentes committimus, & mandamus dilecto filio noſtro, & S. R. E. Camerario, ac Præſidentibus, & Clericis Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, vt eaſdem pręſentes in eadem Camera admittant, & in ipſius Cameræ libris, deſcribi, & regiſtrari faciant, necnon prędicto noſtro, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legato, ac Venerabili fratri Epiſcopo Ferrarienſi, quatenùs ipſi, vel alter eorum, per ſe, vel alium, ſeù alios pręſentes litteras, & in eis contenta quæcunq; ſolemniter publicantes, ac eiſdem Doctoribus, Scholaribus, & alijs prædictis in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra illos præmiſſorum eorumdem effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet moleſtari, perturbari, vel inquietari; Contradictores quoſcunque per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo; Inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſuis ſtatutis, & conſuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet cõceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris, die xxv. Octobris M. DCII. Pontificatus Noſtri Anno Vndecimo.

M. Veſtrius Barbianus.

Die Lunæ xvi. Menſis Decembris M. DCII. Præſentes litteræ in Camera Apoſtolica exhibitæ ex illius decreto commiſſæ fuerunt Perilluſtr. & Reuerendiſs. D. Lælio Biſcia, eiuſdem Cameræ Apoſtolicæ Clerico Præſidenti, per quem die Mercurij xviij. eiuſdem Menſis, præuia citatione contra Illuſtriſs. Dom. dictæ Cameræ Commiſſarium, facta in eadem Camera relatione, ex alio eiuſdem Cameræ decreto admiſſæ, & regiſtratæ fuerunt in eiuſdẽ Cameræ libris, penès me infraſcriptum illius Notarium exiſtentibus nempè libro octauo Diuerſorum fol. quinquageſimoſecundo. Lucius Calderinus.

BREVE

BREVE

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

CLEMENTIS OCTAVI.

VT OMNES ECCLESIASTICI

Cuiuſcunque dignitatis, ordinis, & ſexus ad publica onera Ciuitatis, & Ducatus Ferrariæ concurrere debeant, &c.

CLEMENS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

PATERNA noſtra erga Ciuitatem noſtram Ferrarien. eiusq; Ciues, Incolas, & totius illius Comitatus habitatores dilectio Nos inducit, vt ad ea libenter intendamus, per quæ reparationi, & conſeruationi aggerum Fluminis Padi ad obuian. innundationibus opportunius conſultum iri ſperatur. Cum itaq; ſicut accepimus, Venerabilis frater Epiſcopus Ferrarien. ac dilecti filij Capitulum, & Canonici Cathedralis, necnon alij Clerici Beneficiati aliarum Eccleſiarum, ac Regulares vtriusq; ſexus Ciuitatis, & Comitatus Ferrarien. bona in Territorio Ferrarien. poſſidentes, prætendant ſe immunitatis Eccleſiæ, ac priuilegiorum, exemptionum, & Indultorum ſibi in genere, vel in ſpecie, etiam à Nobis, & Apoſt. Sede conceſſorum, & confirmatorum vigore à Cuſtodiis, & laboreriis Aggerum dicti Fluminis Padi, & Aquæductuum publicorum exemptos, & immunes exiſtere, ac propterea illis contribuere, & interuenire forſan recuſent. Nos animaduertentes publicæ non ſolum omnium Ciuium, & Incolarum Ciuitatis, & Ducatus Ferrarien. ſed ipſorum etiam Epiſcopi, Capituli, Cleri, & perſonarum Eccleſiaſticarum ſæcularium, & regularium vtilitatis plurimum

intereſſe, vt irruptionibus, & innundationibus eiuſdem fluminis Padi, quibus eorum quoq; bona ſubiacent, præcipuè occurratur, ac publici aquarum ductus non ſolum cuſtodiantur, & expurgentur, ſed vbi opus fuerit de nouo aperiantur, & extruantur: Et propterea æquum non eſſe, vt ſoli Laici ad cuſtodias, & laboreria prædicta grau.ri debeant, & ipſi Eccleſiaſtici qui pat commodum inde ſentiunt, ab illis immunes, & exempti remaneant. Sed maximè conuenire; vt ipſi quoq; Eccleſiaſtici ← peribus, & expenſis in præmiſſis faciendis contribuere teneantur. Motu itaq; proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac matura deliberatione, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine volumus, & harum ſerie ſtatuimus, & declaramus, quòd tàm Epiſcopus nunc, & pro tempore exñs, quàm omnes, & ſinguli Capitulares, Canonici, & alij Clerici Beneficiati, necnon etiam Regulares cuiuſcumq; ordinis, & inſtituti vtriuſq; ſexus quacunq; immunitate, exemptione, priuilegijs, & indultis ſuffulti, & quacunq; dignitate, ac præheminentia, etiam ſpeciali nota digna præfulgentes, pro rata bonorum ab eis reſpectiuè poſſeſſorum, & ad eorum Eccleſias. Monaſteria, & Loca pia ſæcularia, vel regularia huiuſmodi Cuſtodijs, operibus, laborerijs, & factionibus quibuſcunq; Aggernm fluminis Padi, & Aquarum ductuum publicorum, ac impoſitionibus Terraticis nuncupatis occaſione irruptionis dicti fluminis Padi imponendis ęquè, ac Laici, & prout ante deuolutionem Ciuitatis, & Ducatus Ferrarien. ad Nos, & Sedem, ac Cameram Apoſtolicam facere conſueuerant, contribuere teneantur, & debeant, nec à præmiſſis vigore priuilegiorum, immunitatum, & exemptionum prædictarum quouis modo ſe excuſare, aut libera e valeant. Decernentes huiuſmodi priuilegia, immunitates, & exemptiones illis, aut cuilibet illorum quoad præmiſſ. nullatenus ſuffragari, ac præſentes litteras, etiam ex eo quòd dicti Epiſcopus, & alij Eccleſiaſtici ſæculares, vel regulares vocati, & auditi non fuerint, neq; præmiſſis conſenſerint, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, redargui, aut in lus, vel controuerſiam reuocari, aut aduerſus illas quodcunq; gratiæ. vel Iuſtitiæ remedium impetrari nullatenus poſſe, ſed ſemper validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſq; plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere debere, ſicq; per quoſcunq; Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam

quauis

quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes propterea dilecto filio noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Ciuitate, & Ducatu Ferrarien. de latere Legato, ſeu eius Collegato nunc, & pro tempore exiſten. vt quoſcunq; ex ſupradictis, vt præfertur, contribuere recuſantes, vel renitentes, auctoritate noſtra opportunis Iuris, & facti remediis quacunq; executione, & appellatione poſtpoſita cogat, & compellat. Non obſtan. quatenus opus ſit, noſtra de non tollendo Iure quæſito, necnon fe: re: Pauli II. ſuper quadam aſſerta tranſactione inter Clerum ex vna, & Communitatem, & homines Ciuitatis Ferrarien. ex altera partibus inita, ac re: me: Pii PP. V. etiam Prędeceſſoris noſtri, quæ incipit, Dum ad vberes, aliiſq; conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiæ Ferrarien. & quarumcunq; aliarum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & piorum locorum, illorumq; ordinum etiam Iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Eccleſiis, Monaſteriis, Locis piis, & Ordinibus quibuſcunque tenoribus, & formis ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro illorum, & præſertim dictæ Pii Quinti conſtitutionis ſufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & ad verbum expreſſa mentio habenda eſſet, illorum tenores huiuſmodi præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, hac vice, & ad effectum præſentium dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque.

Datum Romæ, apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die 18. Aprilis, 1603. Pontificatus Noſtri Anno Duodecimo.

M. Veſtrius Barbianus.

B R E V E

Sanctiſs. Domini Noſtri Papæ

CLEMENTIS VIII.

Quo prorogatur,

EXTRACTIO FRVMENTI, &c.

Aliàs conceſſa Communitati Ferrariæ.

CLEMENS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Dilecti Filij Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CVM ſicut veſtro nomine nobis nuper expoſitum fuit, ex facultate extrahendi ex Ciuitate, & Comitatu Fertatiæ quæcunque frumenta, blada, & legumina, quæ vſui dictæ Ciuitatis, & Comitatus ſuperfuiſſent, eaque ad quæcunque loca, etiam extta Statum noſtrum Eccleſiaſticum liberè deferendi, aut extrahi, & deferri faciendi, quam vobis ad quatuor Annos ab Anno M.D.XCIX. incipiendos, quatenùs tamen interim Ciuitas, & Comitatus, aut Status Eccleſiaſticus huiuſmodi illorum penuria non laborarent, vſque etiam huiuſmodi extractionem alijs liberè vendere valeretis, conceſſimus nullum emolumentum propter penuriam Superiorum annorum perceperitis, ac dicti quatuor anni iam expirauerint, Nos vobis ampliorem gratiam facere volentes, & quemlibet veſtrum à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, (ſi quibus quomodolibet innodati exiſtitis) ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſeriè abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus veſtro nomine nobis ſuper

hoc

hoc humiliter porrectis inclinati, Vobis ſimilem facultatem extrahendi ex Ciuitate, & Comitatu prædictis quæcunque frumenta, blada, & legumina, quæ eiuſdem Ciuitatis, & Comitatus vſui ſuperfuerint, illaq; ad quæcunque loca etiam extra Statum Eccleſiaſticum deferendi, ſeu deferri faciendi, necnon huiuſmodi facultatem extrahendi frumenta, blada, & legumina prædicta alij, vel alijs vendendi, quatenùs tamen Ciuitas, Comitatus, & reliquus Status Eccleſiaſticus prædicti illorum penuria interim non laborent, & dummodò emolumenta quæcunque inde percipienda in veſtræ Communitatis vſus, & vtilitatem conuertatis, ad alios quatuor annos à data præſentium computandos auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, & impartimur. Mandantes propereà dilectis filijs noſtro, & S. R. E. Camerario, necnon in eadem Ciuitate, & Ducatu Ferrarienſi noſtræ, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legato, ſeu eius Collegato, ac alijs, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, quatenus vos facultate prædicta iuxta tenorē præſentium liberè dictis quatuor annis durantibus frui, & gaudere permittant, & faciant, vobiſq; in præmiſſis faueant, & aſſiſtant. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ, apud S. Marcum, ſub Aunulo Piſcatoris, die 2. Maii, 1603. Pontificatus Noſtri Anno Duodecimo.

M. Veſtrius Barbianus.

BREVE

BREVE

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

CLEMENTIS VIII.

Conceſſum

COMMVNITATI FERRARIÆ

in ſubſidium Sacri Montis Pietatis.

CLEMENS PAPA VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

APOSTOLICÆ ſeruitutis onus ſupernæ conſilio Prouidentiæ Nobis licet immeritis iniunctum mentem noſtram continuò pulſat, & inducit, vt de piis locis ad pauperum, & miſerabilium perſonarum ſubleuamen prouidè inſtitutis charitate paterna aſſiduè cogitemus, ad illa omnia, ſed in primis ad ea, quæ in ditione S. R. E. fundata à diuerſis temporum ſucceſſibus, & Adminiſtratorum malitia concidiſſe dignoſcuntur, quorum cura ſtrictiori Iure nobis incumbit ſolicitudinis, & vigilantiæ noſtræ Studium dirigamus, ac ipſis, vt inſtaurari, & conſeruari poſſint neceſſaria ſubuentionis auxilia fauorabiliter ſubminiſtrare ſatagamus. Sanè ſua nobis expoſitione dilecti Filii Magiſtratus, ac Communitas, & homines Ciuitatis noſtræ Ferrarienſis demonſtrarunt, quòd aliàs Mons Pietatis in dicta Ciuitate in ſubſidium pauperum, & miſerabilium Perſonarum auctoritate Apoſtolica iampridem erectus, & inſtitutus, à quo pecuniæ dari, & viciſſim accipi magno omnium Ciuium, & præſertim pauperum dictæ Ciuitatis beneficio, & commodo conſueuerant, tum ob malam præteritorum annorum qualitatem, & conditionem, tùm maximè verò ob peſſimam nonnullorum illius deputatorum, & Officialium ad-

miniſtra-

miniſtrationem contractis eius nomine grauibus debitis, ac maximo ære alieno conflato, ad ſummam ſexaginta trium millium ſcutorum circiter deductis etiam quæ ſibi è conuerſo debentur pecuniis aſcendentis ceſſationem, ſeù decoctionem paſſus eſt, ex eo quo factum eſt, vt multi pauperes Ciues, Viduæ, Pupilli, Virgines, Matrimonio, ſeù Religioni ſe addicere volentes, necnon & perſonæ Eccleſiaſticæ, & Sæculares, multaq; item pia loca etiam Regularia, ac demùm quamplurimæ aliæ perſonæ, quæ diuerſas pecuniarum quantitates in dictum Montem Pietatis tanquàm in ſecurum, ac tutum portum contulerant maximum inde incommodum, ac detrimentum omnes inſimul receperint, & in dies magis recipiant, multæque earum ex hoc ſiniſtro Montis prædicti euentu in manifeſtum vltimi eorum exitii, vel fame etiam pereundi, aut cuiuſpiam alterius damni, & ſcandali periculum quotidiè vocentur. Quibus, vt remedium aliquod opportunum, primò quoque tempore afferetur. Magiſtratus prædictus, ac Venerabilis Frater noſter Epiſcopus Ferrarienſis, multique alii viri graues, & eruditi etiam ex gremio Conſilii ſupræmi prædictæ Ciuitatis ad id electi, & deputati in dicta ad opus hoc prudenter, & maturè pertractandum Congregatione, tandem præmiſſa omnium rationum, quæ in medium prodierunt diligenti, & accurata diſcuſſione in eam ſententiam vnanimi conſenſu deuenerunt, dictum Montem nulla magis expedita ratione in priſtinum ſtatum reſtitui poſſe, quàm ſi impoſita gabella vnius quadrantis pro qualibet libra carnis in dicta Ciuitate durante tempore octo annorum vendendæ, & reducto ad idem octo annorum tempus Datio piſcis ad ſummam, in qua erat, antequam illud à dilecto filio noſtro Petro Sancti Nicolai in Carcere S. R. E. Diacono Cardinali Aldobrandino nuncupato noſtro, & Sedis Apoſtolicæ in eadem Ciuitate, & Ducatu Ferrarienſi de Latere Legato moderaretur, & moderatio ipſa mox à Nobis, & dicta Sede confirmata effectum ſuum ſortiretur, pecuniæ inde prouenturæ in extinctionem æris alieni dicti Montis conuertantur. Iidemq; ſpe id à nobis, & eadem Sede liberaliter ad publicam commoditatem, ac vtilitatem conſequendi, hinc à creditoribus Montis dilationem octo annorum ad ſatisfactionem eis impendendam, quo tempore Mons ipſe nullum intereſſe eis præſtare, ſed tantummodò ex ſummis principalibus debitam quotannis ratam ſoluere teneatur obtinuerunt, illinc verò debitoribus dicti Montis aliam ad ſexennium dilationem, qua durante ſortes principales eidem Monti integrè perſoluere, ac interim debitum intereſſe pendere, de hocque adimplendo ſufficientes, & idoneas cautiones, & fideiuſſiones præſtare

ſtare eorum debeant conceſſerunt. Et exactiùs rem totam intrinſecè perluſtrantes Montē ipſum intereſſe quo pro contracto ære alieno tenebatur ſubleuatum ex pecunijs Gabellæ, & Datij prædictorum, & fruct bus ei à debitoribus tempore ſexennij huiuſmodi vſque ad ſummam circiter ſexdecim mille ſcutorum cum ſorte principali impendendum prorſus à Mole debitorum, qua hodie præmitur decurſu dictorum octo annorum facilè liberari, & eximi, ac in priſtinum ſtatum reſtitui deinceps, quæ in illo conſeruari poſſe compererunt. Cum autem, ſicut in eadem expoſitione ſubiunctum eſt; etſi pretium carnis ex Gabella prædicta in dicta Ciuitate augeri oporteat, tamen illud nihilo maius, aut grauius futurum ſit, quam quo hodie caro in Bononienſi, & alijs nonnullis Ciuitatibus Status noſtri Eccleſiaſtici venditur, & Datium piſcis huiuſmodi quibuſdam priuatis perſonis, quæ piſces venales exponunt, ex eiſque quæſtum faciunt ſoluendum incumbar, & ex illius auctione, vel decremento dicta Ciuitas Ferrarienſis æquè paruum damnum, ac vtilitatem ſentiat, Nobis propтereà pro parte Magiſtratus, ac Communitatis, & hominum prædictorum humiliter ſupplicatum fuit, quatenùs in præmiſſis de opportuno remedio per Gabellæ impoſitionem, & Datij prædictorum reductionem, ſeù potiùs auctionem ex benignitate Apoſtolica prouidere dignaremur. Nos igitur, qui pro iniuncti Nobis paſtoralis officij debito piorum quorumcunque locorum, præſertim ad pauperum, & egenorum inopiam ſubleuandam inſtitutioni, ac eorumdem dum temporum iniuria, aut Officialium negligentia deteriorationem, vel grauem aliquem caſum experiuntur inſtaurationi libenter inuigilamus, tàm Magiſtratus, quàm Communitatis, & hominum prædictorum piam in dicto Monte reſtituendo curam, & ſolicitudinē plurimum commendantes, ac ſingulares eorum perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à Iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore, & eſſe cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati vnam Gabellam, donec Nos in humanis degerimus duraturam, & vnius quadrantis pro qualibet libra carnis ex nunc deinceps durante vitæ noſtræ huiuſmodi tempore quantumuis priuilegiati, ſed etiam Eccleſiaſtici tàm ſæculares, quàm quorumuis ordinum Mendicantium, ac Congregationum, & Societatum, necnon Hoſpitalium etiam Sancti Ioannis Hieroſolymitani, & Militiarum Regulares quantumuis exempti, ac ſimiliter

liter priuilegiati, & in conſtitutione fel. rec. Pii Papæ Quinti Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Dum ad vberes explicitè, vel implicitè compræhenſi omninò teneantur auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium conſtituimus, & imponimus, ac inſuper Darium Piſcis ad ſummam, in qua ante illius moderationem prædictam non ſolùm pro eo, qui in dicta Ciuitate venditur, ſed etiam pro eo, qui foris per tranſitum educitur exiſtebat per eoſdemmet, ac prædictos Laicos, ac Eccleſiaſticos, Sæculares, & Regulares, ſeù veriùs per ipſos, qui piſcibus vendendi in dicta Ciuitate Ferrarienſi, vacant itidem perſ luendum ſimiliter vita noſtra durante à data quoque præſentium incipiendam tenore, & auctoritate eiſdem reducimus, ſeu etiam augemus, & ampliamus. Omnes autem, & ſingulas, ac quaſcunque pecunias, & pecuniarum ſummas, & quantitates ex dicta Gabella, & incremento prædicti darij vita noſtra durante huiuſmodi quomodolibet exigendas, & colligendas quæcunque, & quantumuis notabiles illæ fuerint, etiam ſi dicta debita longè exceſſerint Monti Pietatis prædicto in ſolutionem, & extinctionem debitorum quibus hodie grauatus eſt,& non aliquos alios eius vſus etiam quantumuis vrgentes, & neceſſarios, ac etiam pios erogandas, & implicandas. ita quod liceat Magiſtratui, ac Communitati, & hominibus prædictis illas omnes per ſe, vel alios ad id ab eis deputandos eorum, ac eiuſdem Montis nomine propria auctoritate exigere, colligere, leuare, recuperare, ac in eorumdem debitorum, & non quoſquam alios vſus conuertere, cuiuſquàm licentia deſuper minimè requiſita auctoritate, & tenore præſentis applicamus, ac concedimus, & aſſignamus. Cæterum, nè in exactione pecuniarum huiuſmodi, fraudem, vel dolum in præiudicium, vel damnum dicti Montis à quoquam admitti contingat. Volumus, ac etiam prædicto Epiſcopo, ac Magiſtratui Communitati, & hominibus prædictis expreſsè iniungimus, vt ipſi quotannis, vel aliàs, prout magis expedire viſum fuerit duos ſpectatæ probitatis, & integritatis Viros fide, & facultatibus idoneos, aſſignato eis, & cuilibet eorum congruo, & competenti ſalario ex communi ærario dictæ Ciuitatis Ferrarienſis ſoluendis deputare curent, qui debeant, & teneantur omnibus, & ſingulis diebus omnes quoque, & ſingulas pecunias dietim. Alter nempè, & is quidem ab eo Officiali, qui de mandato Communitatis, & hominum prædictorum à Lanijs, ſeu Macellarijs Gabellam, ſeù Darium Carnis per nos aliàs dictæ Ciuitati donatum exigere ſolet. Alter verò ab Officiali Cameræ Noſtræ Apoſtolicæ, qui datio piſcium præeſt ſummas, & quantitates librarum, & Carnis, & Piſcium per eoſdem Lanios,

nios, & piſcium Venditores, & per conſequens datium, & gabellam per eoſdem debitam iuxtà auctiones prędictas in ſuo quiſque libro adhunc effectum ſpecialiter annotare, & deſcribere, & iuxta ſignificationes dictorum duorum Officialium Cameræ noſtræ,& Cõmunitatis prædictæ, ac eorumdem relationes vnicuique Lanio, & Piſcium Venditori debitum dare, & poſteà facta pecuniarum collectione, initaque cum quolibet Lanio, & Piſcium Venditore noua debitæ quantitatis collectione, eoſdem, ac eorum ſingulos ad bancarium Communis eiuſdem Ciuitatis dimittere, & per cedulam cuilibet eorum dandam pecuniarum quantitatem ab eiſdem per ipſum bancarium accipiendam, & in creditum antiquarum rationum Montis prædicti redigendi, moxque in ſatisfactionem debitorum eiuſdem erogandam. Et poſteà quotieſcunque Epiſcopo, Magiſtratui, ſeù Communitati, & hominibus prædictis placuerit de eorum adminiſtratione iuxta incontrum, vt vulgò dicitur à libris dictorum duorum, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, quoad Piſces, & Ciuitatis prædictæ, quoad carnes Officialium legittimam, ac lealem rationem reddere debeãt quacunque exceptione non obſtan. quòd ſi quandocunque facere recuſauerint, vel ex quolibet prætextu diſtulerint,officio prædicto ſtatim ipſo iure priuari exiſtãt; & nihilominùs ad prædicta teneantur, & quocunque remedio Magiſtratui beneuiſo compelli poſſint. Decernentes impoſitionem Gabellæ, & auctionem, ſeù incrementum Datii huiuſmodi ad octo annos prædictos tantùm durare, & illis durantibus omnes, & quoſcunque tàm Laicos, quàm Eccleſiaſticos Sæculares, & Regulares prædictos etiam, vt præmittitur, & aliàs quomodolibet priuilegiatos, & exemptos ad ſolutionem Gabellæ, & Incrementi Datij huiuſmodi omninò teneri, & obligatos eſſe, nec ſe ab eis prætextu quorumcunque priuilegiorum, & indultorum etiam à Sede prædicta ſub quibuſuis verborum expreſſionibus,& formis emanatorum etiam in viridi obſeruantia exiſtentium liberos, & immunes dicere, aut aliàs quoquomodo tueri, aut præſeruare poſſe, ſed ad eandem ſolutionem omnibus opportunis Iuris, & facti remedijs etiam inuitos, & reclamantes, omni, & quacunque appellatione remota cogi, & compelli poſſe, & debere. Præſentes quoque noſtras litteras ex quouis capite, vel cauſa de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeù nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, annullari, vel inualidari, ſeù in Ius, vel controuerſiam vocari nullatenus poſſe, ſed illas validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuosque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos quomodolibet ſpectat, & ſpectare

ſtate poterit in futurum, firmiter, & inuiolabiliter obſeruari, & adimpleri, ſicq; & non aliter per quoſcunq; Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac eiuſdem S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Vicelegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquàm quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto Filio noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in dicta Ciuitate de Latere Legato, ſeù eius Collegato, ac eidem Epiſcopo Ferrarienſe per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeù alios præſentes literas, & in eis contenta quęcunq; vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Magiſtratus, ac Communitatis, & hominum prædictorum deſuper fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, illis in pręmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes, & in eis contenta quæcunq; per quoslibet etiam dictæ Cameræ Officiales, & Commiſſarios firmiter obſeruari, non permittentes eoſdem Magiſtratum, Communitatem, & homines deſuper à quocunq; indebitè moleſtari, perturbari, aut aliàs quomodolibet impediri, Contradictores auctoritate noſtra Apoſtolica appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habẽdis ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam ſi opus fuerit brachij Sæcularis auxilio. Non obſtañ. ſingulis pręmiſſis, ac pię mem. Bonifacij Papæ VIII. Pędeceſſoris noſtri de vna, & Concilii Generalis de duabus diętis, dummodò vltrà tres diętas aliquis auctoritate præſentium ad Iudicium non trahatur, necnon pędicta dicti Pii V. et alia recolendę memorię Pii Quarti ſimiliter Pędeceſſoris noſtri de gratiis, & conceſſionibus intereſſe dictę Camerę quomodolibet concernentibus in eadem intra certum inibi expreſſum tempus pręſentandis, & regiſtrandis, ita quòd Magiſtratus, & Communitas, & homines pędicti ad id non teneantur, & tamen pręſentes valeant, & illis ſuffragentur, aliiſq; quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictę Ciuitatis Ferrarienſis, ac ordinum, congregationum, & Societatum, Hoſpitalium, & Militiarum quorum Regulares pędicti fuerint etiam Iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis legibus, ſtabilimentis, vſibus, & naturis, conſuetudinibus, ac pędictis, & quibuſuis aliis priuilegiis Indultis, & literis Apoſtolicis, eidem Ciuitati Ferrarienſi, ac dilectis Filiis Clero, & Populo eiuſdem, necnon ordinibus Congregatio-

nibus, & Societatibus, Hoſpitalibus, & Militiis prædictis, eorumque Superioribus, & præſertim Hoſpitalium, & Militiarum huiuſmodi Magiſtris, Conuentibus, Militibus, aliiſq; perſonis prædictis ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiā derogatoriarum derogatoriis, aliiſq; efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſq;, & aliis decretis in genere, vel ſpecie, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine etiam conſiſtorialiter, & alia in contrarium etiam iteratis vicibus quomodolibet conceſſis, approbatis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro ſufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales etiam idem importantes mentio, ſeù queuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret illorum tenores decreta, & datæ, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo, & forma eis tradita obſeruata inſerti forent præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cœteriſque contrariis quibuſcunque.

Dat. Romæ, apud S.Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die xvi. Maii M. DC. IV, Pontificatus Noſtri Anno Duodecimo.

M. Veſtrius Barbianus.

BREVE

BREVE

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

CLEMENTIS VIII.

Quo declarat

Omnes exemptos, tàm per priuilegia olim à Ducibus, quàm ab eodem S. D. N. & à Sancta Sede conceſſa, impoſterumque concedenda, teneri concurrere ad cuſtodias opera, laboreria, expenſas, & factiones quaſcunque Fluminis Padi, & Aquarumductuum.

CLEMENS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

CVM poſtquàm Nos per quaſdam noſtras in hac forma Breuis litteras Motuproprio omnes immunitates, exemptiones, & libertates, ac priuilegia quæcunque per Duces Ferrariæ, quibuſuis perſonis conceſſa, licèt poſt Ciuitatis, & Ducatus Ferrarienſ. ad Nos, & S. R. E. ac Apoſtolicam Sedem deuolutionem ſequutam, & à Nobis legitimè acceptatam, ac eiuſdem Ciuitatis, & Ducatus Sedi, & Cameræ Apoſtolicæ incorporationem per Nos factam reſolutæ, ac prorſus extinctæ fuiſſent, & eſſent, attendentes noſtræ, & Sedis prædictæ dignitati maximè conuenire, & pro ſubditorum noſtrorum vtilitate, etiam ita expedire, de ſpeciali gratia innouaueramus, & de nouo cõceſſeramus; & deinde diuerſis particularibus perſonis ſimilia priuilegia, immunitates, & exemptiones ipſis pridē à dictis Ducibus conceſſas, nominatim innouaueramus, & de nono conceſſeramus, prout in ſupraſcriptis, & alijs diuerſis in eadem forma Breuis expeditis litteris plenius continetur: accepto per Nos, quòd multi ex dictis Priuilegiatis prætendebant, ſe vigore dictorum priuilegiorum ipſis Conceſſorum à Cuſtodijs, &

laborerijs Aggerum Fluminis Padi, & Aquæductuum publicorum exemptos, & immunes eſſe, ac propterea ijs contribuere, & interuenire forſan recuſabant. Nos animaduertentes publicæ omnium Ciuium, & Incolarum Ciuitatis, & Ducatus Ferrarien. vtilitatis intereſſe, vt irruptionibus, & inundationibus Fluminis Padi præcipuè occurreretur, ac quicunque Aquarum ductus non ſolùm cuſtodirentur, & expurgarentur, ſed vbi opus foret, etiam de nouo aperirentur, ac maxime conuenire, vt omnes ſupradicti pro vniuerſali commodo, operibus, & expenſis pro præmiſſis faciendis cōtribuere tenerentur, Motu ſimili declarauimus in primis, & ante omnia noſtræ mentis, & intentionis non fuiſſe, nec eſſe, vt quicunque dictorum Priuilegiatorum, etiam per priuilegia ipſis à Ducibus prædictis conceſſa id nominatim illis conceſſum fuiſſet; à Cuſtodijs, operibus, laborerijs, & factionibus quibuſcunque Fluminis Padi liberi, vel immunes exiſterent, perpetuò ſtatuerimus, & ordinauerimus, vt omnes vtriuſque ſexus perſonæ quantumuis priuilegiatæ huiuſmodi, & quacumque præfulgerent dignitate, titulo, præheminentia, & auctoritate, Cuſtodiis, operibus, laborerijs, factionibus quibuſcunque Aggerum Fluminis Padi, & Aquarum ductuum publicorum arbitrio, tamen tunc, & pro tempore exiſtentis noſtri, & Apoſtolicæ Sedis in Ciuitate, & Ducatu prædictis de latere Legati, ſeu eius Vicelegati, aut Gubernatoris, ſeù alterius Superioris contribuere perindè tenerentur, ac deberent, ac ſi illis nulla, quoad hæc priuilegia, immunitates, & exemptiones, (quas nihilominus ad hunc effectum reuocauimus, & annullauimus) conceſſa fuiſſent, prout in alijs noſtris in ſimili forma Breuis, ſub Dat. Romæ, Apud S. Petrum die xviij. Ianuarij 1600. Pontificatus Noſtri Anno Octauo deſuper expeditis pleniùs ſimiliter continetur. Cumque ſicut nuper accepimus, multi, qui poſtea à Nobis, & dicta Sede diuerſa priuilegia, immunitates, & exemptiones obtinuerunt, prætendant illorum vigore, ſe à contributione ſupradicta liberos, & exemptos eſſe, eoq; prætextu cuſtodias, opera, laboreria, expenſas, & factiones ſupradictas facere recuſent. Nos, qui vltrà ſupradictos voluimus, vt etiam Eccleſiaſtici, qui omnium maximè exempti eſſe deberent, à præmiſſis nullatenùs exempti exiſterent, volentes communi bono, & vtilitati totius Status, & Ducatus prædictorum opportunè proſpicere, ſupradictarum litterarum, & quarūcunque exemptionum, & priuilegiorum quibuſuis perſonis à Nobis, & Apoſtolica Sede conceſſorum, tenores præſentibus pro expreſſis habentes. Motu etiam proprio, & ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtris, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, declaramus ſimiliter

noſtræ

noſtræ mentis, & intentionis numquam fuiſſe, nec eſſe, aut fore, vt quicunque etiam à Nobis, & ipſa Sede, exemptiones, libertates, immunitates, & priuilegia quantumuis ampliſſima, & cũ quibuſuis etiam fortiſſimis, ac inſolitis clauſulis, derogationibus, & decretis concepta habentes, à prædictis Cuſtodijs, operibus, laborerijs, expenſis, & factionibus quibuſcunque exempti eſſe debeant, illos omnes, & ſingulos, quibus à Nobis, & dicta Sede huiuſmodi priuilegia, immunitates, exemptiones, & libertates conceſſa hactenus fuerunt, & quibus in poſterum quandocunque concedentur, ſub litteris noſtris ſupradictis compræhendi, ac ad contribuendum Cuſtodijs, operibus, laborerijs, expenſis, & factionibus ſupradictis æquè, ac alios priuilegiatos ſupradictos iuxta earumdem literarum ſeriem omninò teneri, & obligatos exiſtere, & fore, atque cogi, & compelli poſſe, illisq; & cuicunque illorum priuilegia, immunitates, libertates, & exemptiones à Nobis, & dicta Sede conceſſas, & in poſterum concedendas, etiam ſi id nominatim, & ſpecificè eis conceſſum appareat, quod tamen contra, & præter intentionem noſtram, & per errorem irrepſiſſe declaramus quoad prædictã contributionem nullatenus ſuffragari poſſe, aut debere. Sicq; per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, ac diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his, à quocunque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus, ſtatuimus, & ordinamus. Mandamus propterea dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtenti noſtro, & dictæ Sedis in Ciuitate, & Ducatu prædictis, de latere Legato, eiusq; Collegato, aut Vicelegato, vel Gubernatori, aut alij Superiori, vt quoſcunque ex prædictis etiam à Nobis, & dicta Sede priuilegiatis, præmiſſis forſan contribuere recuſantes, vel renitentes, auctoritate noſtra, opportunis Iuris, & facti remedijs quacunque excuſſatione, & appellatione prorſus reiecta arbitrio ſuo cogat, & compellat. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtra quatenus opus ſit, de Iure quæſito non tollendo, alijsq; conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæterisque contrarijs quibuſcunque.

Dat. Romæ, Apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die xiv. Nouembris 1603. Pontificatus Noſtri Anno Duodecimo.

M. Veſtrius Barbianus.

Die prima Menſis Decembris M. DC. III. Præſens Breue in Camera Apoſtolica præſentatum fuit, & die decimaoctaua eiuſdem Menſis, Camera ipſa, Referente Reuerendiſs. D. Federico Cornelio dictæ Cameræ Clerico, & Iudice deputato, citato deſuper Illuſtriſſ. D. Laudiuio Zacchia eiuſdem Cameræ generali Commiſſario, illud admiſit, & in eiuſdem Cameræ libris regiſtrari mandauit, prout regiſtratum fuit, ſcilicet libro iij. Signatur. Sanctſsimi Dom. Noſtri, fol. 138. penès me infraſcriptum dictæ Cameræ Notarium.

Demophoon Ferrinus.

BREVE

DECLARATIO
V T
QVICVNQVE PRIVILEGIATI

contribuere teneantur omnibus publicis, & contributionibus ad Communitatem pertinentibus.

A Sanctiſsimo Domino Noſtro Papa

CLEMENTE OCTAVO.

Gratioſè conceſſa.

CLEMENS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

CVM priuatorum commodis publica vtilitas ſit anteponenda, non immeritò Nos Communitatis Ciuitatis noſtræ Ferrarien. redditus pro eius oneribus ſuſtinendis aſſignatos, quos priuilegiorum,& immunitatum diuerſis particularibus perſonis conceſſorum prætextu in dies imminui accepimus, opportuna ratione in integrum duximus reſtituendos. Nuper ſi quidem ad Nos perlatum eſt, quòd licèt Nos diuerſos redditus, & prouentus dilectis filijs Magiſtratui,& Communitati Ciuitatis noſtræ prædictæ Ferrarien. eo nomine conceſſerimus, & aſsignauerimus, vt ex illis onera eis incumbentia decenter ſuſtinere valerent; nihilũs ex eo, quia Nos quoq; exemptiones, immunitates, & libertates ab oneribus, datijs, pedagijs, gabellis impoſitionibus, & alijs publicis functionibus, tam ratione perſonarum, quàm rerum, & bonorum, ſeu mixtim diuerſis Eccleſijs, Collegijs, & locis piis, ac Nobilibus, Ciuibus, & aliis particularibus

perſonis Ciuitatis, & Ducatus noſtrorum Ferrarienſ. per bon. me-mor. Alphonſum Secundum, & alios eius Anteceſſores, Ferrariæ Duces quomodolibet conceſſis, licet poſt dictorum Ciuitatis, & Ducatus Ferrarienſ. ad Nos, & Sanctam Romanam Eccleſiam, ac Sedem, & Cameram Apoſtolicam deuolutionem à Nobis legitimè acceptatam, & eorumdem Ciuitatis, & Ducatus incorporationem Sedi, & Cameræ prædictis per nos factam reſolutæ, & penitùs extinctæ fuerint, Motu proprio innouauimus, & innouantes approbauimus, & de nouo conceſſimus, illiſque perpetuæ, ac inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiecimus, ac eaſdem exemptiones, immunitates, & libertates cuilibet prædictorum, prout quemlibet eorum reſpectiuè concernunt, obſeruari, & bonas fieri, ac dictas Eccleſias, Monaſteria, Collegia, Loca pia, alioſque priuilegiatos, cæteroſque ſupradictos eiſdem exemptionibus, libertatibus, & immunitatibus reſpectiuè frui, & gaudere voluimus, & ordinauimus, prout in noſtris deſuper in forma Breuis, ſub dat. Ferrariæ, die 24. Octobris 1598. Pontificatus Noſtri Anno ſeptimo, expeditis latiùs continetur: & quia ſupradicti exempti, & priuilegiati, & alij etiam, quibus nos alias exemptiones, & priuilegia nominatim conceſſimus, oneribus publicis dictæ Communitatis, huiuſmodi exemptionum, & priuilegiorum prætextu, contribuere recuſant redditus, & prouentus dictæ Communitatis valdè imminuti exiſtunt, & in dies magis minuuntur. Nos indemnitati dictæ Communitatis, ac eius reddituum, & prouentuum conſeruationi, quantùm in Domino poſſumus, proſpicere cupientes; ac Magiſtratus, & Communitatis prædictorum ſingulas perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, necnon litterarum noſtrarum ſuper aſſignatione, & conceſſione redituum, & prouentum huiuſmodi Magiſtratui, Communitatique, & hominibus dictæ Ciuitatis expeditarum, ac ſupradictarum, & aliarum quarumcunque ſuper confirmatione ac etiam noua conceſſione exemptionum, & priuilegiorum quibuſuis factis pariter expeditarum tenores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes; Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra harum ſerie declaramus noſtræ mentis, & intentionis non fuiſſe, nec eſſe, vt quicunque ex ſupradictis exemptis, & priuilegiatis, etiam ſi illis, aut aliquibus eorum forſan nominatim con-

ceſſum

Digitized by Google

ceſſum fuerit, vt ab oneribus, & contributionibus ad dictam Communitatem pertinentibus exempti exiſtant, huiuſmodi exemptionibus, immunitatibus, & priuilegiis in præiudicium reddituum, & prouẽtuum Magiſtratus, & Communitatis prædictorum perfrui valeant, quinimò exemptiones, immunitates, & priuilegia huiuſmodi, cuilibet hactenus conceſſa, aut in poſterum concedenda ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac clauſulis, & etiam irritantibus, ac aliis decretis eis concepta exiſtant, reſpectu reddituum, & prouentuum huiuſmodi, & quoad onera, & contributiones, in quibus huiuſmodi redditus, & prouentus conſiſtunt, illis & cuicunque illorum minimè ſuffragari, ſed prorſus nullas, & inualidas eſſe, & fore, perinde ac ſi quoad illa conceſſa non fuiſſent. Et nihilominùs omnes vtriuſque ſexus perſonæ, quantumuis priuilegiatæ huiuſmodi, & quacunque præfulgeant dignitate, titulo, præheminentia, & auctoritate, oneribus, & contributionibus ad prædictos Magiſtratum, & Communitatem, ſpectantibus, necnon etiam quandocunque aliquæ expenſæ publicæ, in quibus omnes contribuere pro rata debebunt, faciendæ occurrerint, nè ob exemptiones, immunitates, & priuilegia huiuſmodi opus omnium expenſarum ſic faciendarum in pauperes Ciues transferatur, hiq́ue pro ſe, & exemptis onera huiuſmodi ſubire cogantur, eaſdem ſupradictas exemptas, & priuilegiatas perſonas expenſis publicis pro rata contribuere teneri, ac debere, perinde ac ſi illis nulla quoad hæc priuilegia, immunitates, & exemptiones (quibus nihilominus ad hunc effectum expreſſe, ac nominatim derogamus) conceſſa fuiſſent, perpetuo ſtatuimus, & ordinamus. Decernentes etiam pręſentes literas, etiam ex eo, quòd dicti exempti, & priuilegiati vocati, & auditi non fuerint, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, redargui, aut in ius, vel controuerſiam reuocari, aut aduerſus illas quodcunq; gratię, vel iuſtitię remedium impetrari nullatenus poſſe, ſed ſẽper validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuosq; plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere debere. ſicq; per quoſcunq; Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, auctoritate iudicari, & deffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecùs ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes propterea dilecto filio noſtro, & Apoſtolicæ Sedi in Ciuitate, & Ducatu Ferrarien. de latere Legato, ſeu eius Collegato nunc, & pro tempore exiſtẽti;

vt

vt quoſcunque ex ſuprascriptis, vt præfertur, contribuere recuſantes, & renitentes, auctoritate noſtra oppottuni Iuris, & facti remedijs, quacunque excuſatione, & appellatione poſtpoſita cogat, & compellat. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit, noſtra de non tollendo Iure quæſito, & quibuſuis alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Ciuitatis, etiam Iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem ſuprascriptis perſonis, & cuilibet illarum ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, al jsque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & ad verbum expreſſa mentio habenda eſſet, illorum tenores huiuſmodi præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, hac vice, & ad effectum præſentium dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

Dat. Romæ apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die xxij. Septembris 1604. Pontificatus Noſtri Anno Decimotertio.

M. Veſtrius Barbianus.

Die vndecima Menſis Octobris 1604. Præſentes literæ Apoſtolicæ in plena Cameræ Apoſtolica præſentatæ fuerunt, & die xxij. eiuſdem, Camera ipſa, Referente Reuerendiſs. D. Innocentio Maluaſia Cameræ Apoſtolicæ Clerico, & Iudice, citato priùs Illuſtriſs. D. Commiſſario Cameræ, illas admiſit, & in eiuſdem Cameræ libris regiſtrari mandauit, prout ſucceſſiuè regiſtratæ fuerunt, ſcilicet libro iij. Signatur. Sanctiſſimi Domini Noſtri, fol. 149. penès me dictæ Cameræ Notarium.

Demophoon Ferrinus.

BREVE

B R E V E

Sanctiſs. Domini Noſtri Papæ

CLEMENTIS VIII.

Ad Dominum

CARDINALEM S. CLEMENTEM.

Super Bonificatione Fluminis Padi.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilecte Fili noſter Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EXIGIT à nobis officij noſtri ratio, vt noſtrorum, & Apoſtolicæ Sedis ſubditorum ſtatus, & bonorum conſeruationi omni ſtudio conſulamus, in eamque curam præcipuè incumbamus, vt ea, quæ quouis modo illis damno, & detrimento eſſe poſſunt, omni cura, & diligentia adhibita remoueamus. Volentes igitur innumeris, & grauibus damnis, quæ Agris Prouinciæ Romandiolæ, Ducatus Farrariæ, & Comitatus noſtrorum Bononiæ, ex aquis ſtagnantibus ad dexteram fluminis Padi Ferrarienſis nuncupati inferentur, opportunè proſpicere, & inſuper nauigationē illius Rami fluminis Padi iam deperditam, & ammiſſam, loco Stellatæ nuncupato, ſeù alio opportuniori pro locorum varietate deſignando, vſque ad loca, quæ vulgò dicuntur, Primari, & Volanæ reſtituere, ac in primis Ciuitatem noſtram Ferrariæ, ac illius ſtatum ab euidenti periculo ſubmerſionis, quod illi ex veloci curſu, & impetu fluminis Reni pluuio tempore imminet eximere, & liberare, animaduertentesque vt ex informationibus captis nobis innotuit, hæc omnia mala à torrentibus peruenire, qui tempore inundationum aquas turbidas in alueum dicti fluminis Padi

Ferra-

Ferrarienſis deferen. Alueum ipſum terra, & cęno repleuerunt, ac in dies magis, ac magis replent, ab eo tempore citrà potiſſimum quo aquæ fluminis magni, & præcipuè Padi Lombardiæ in dictum Alueum Padi Ferrarienſis ingredi, & influere deſtiterunt, quia vt veriſimile creditur aqua prædicta Padi Lombardiæ, dum per dictũ Alueum decurrebat, illum magis purum, & expurgatum conſeruabat; & quandoquidem huiuſmodi repletio, quæ in dies augetur, in cauſa eſt, vt aquæ Vallium ad dexteram dicti Aluei iacentium in dies ſimiliter magis augeantur, vt agros ſubmergant, ipſaq; Ciuitas Ferrarienſis, & eius agri in deteriorem ſtatum deducantur; idcircò Nos auditis relationibus plurium peritorum, & nominatim dilectorum filiorum Auguſtini Spernazzatis Laudenſis, è Societate IESV, & Euerardi Coſſeruer Flandri, noſtro iuſſu hac in re adhibitorum, ac auditis, & ſæpiùs Oratoribus, & Procuratoribus Ciuitatum intereſſe habentium tandem, ex voto etiam dilectorum filiorum noſtrorum Flaminij S. Mariæ de Pace Platto, Petri S. Pancratij Aldobrandini S. R. E. Camerarij, Octauii S. Sabinæ Bandini, Pompeii S. Balbinæ Arrigonii, Alphonſi S. Sixti Vicecomitis, ac Pauli Æmilii S. Marcelli, Titulorum Presbyterorum, & Cynthii S. Georgii in Velabro, & Bartholomæi S. Mariæ in Porticu Diaconorum Cęſii nuncupatorum eiuſdem S. R. E. Cardinalium, ac tuo, quos ad hoc negotium examinan. & diſcutien. delegimus, in hanc venimus deliberationem, vt nimirùm Alueus prædictus Padi Ferrarien. à loco Stellaræ ſupradicto, ſeù alio opportuniori, vt dictum eſt, deſignando vſque ad loca ſupradicta Primari, & Volanæ modo deſignando effodiatur, excauetur, expurgetur, & in priſtinum eius ſtatum, prout fieri poterit reducatur, vt & aquæ, quę vicinos agros ſubmergunt, ſuum decurſum, & exitum habere per prædictum Padi Alueum poſſint, vtque per eumdem Alueum priſtina nauigatio reſtitui queat; Huiuſmodi autem effoſſionem, & purgationem ità incipiendam eſſe decernimus, primùm ſcilicet, vt dorſum illud, ſeù illa terræ eleuatio, ac repletio, quæ in eadem Padi Alueo nunc conſpicitur, in loco appellato *la Riuiera di Filo*. Item alia ſimilia dorſa tàm ſuper ìùs, quàm inferiùs exiſtentia, ſiue propè Argentam, ſiue propè S. Albertum tollantur, vel manuali operariorum labore, vel ipſiuſmet aquæ auxilio, prout experientia in ipſomet opere, & loco meliùs fore demonſtrabit; Volumus autem, & mandamus, vt ſublatis huiuſmodi dorſis modo, quo ſupra, & cum aquæ ſtagnantes in illis partibus inferioribus cum exitum, ſeù excolationem habuerint, quæ à dictis Peritis ſufficiens iudicabitur, tunc flumen Rheni, ab eius ſolito curſu, quem nunc tenet cum ingreſſu

in præ-

Digitized by Google

in prædictum Alueum Padi ſupra Ciuitatem Ferrarienſem remoueatur, & in Vallem S. Martinæ deriuetur.

Vnde per dictam Vallem quantò magis fieri poterit expurgatũ, & clarificatum in ramum eiuſdem Aluei Padi Ferrarienſ. dictum *il Ramo, ò Pò di Primaro*, in loco iudicio eorumdem Peritorum magis opportunũ reducatur, quo facto effoſſioni, & purgationi eiuſdem Aluei ſupradictam Ciuitatem Ferrarienſem, & locum Volanę operam dari, & in illam aqua Padi prædicti Lombardiæ à loco ſupradicto Stellatæ, ſeù alio opportuniori deſignando modo, & forma ab eiſdem Peritis declarandis introduci debeat; & ad hunc effectum quoſcunque Alueos, & quaſcunque foſſas, & excauationes, ſiue pro introducenda aqua dicti Padi Lombardiæ, ſiue pro linea Aluei eiuſdem Padi, nuncupati *il Pò di Ferrara, & di Primaro*, ad breuiorem modum, ſeù terminum reducenda fieri poſſe, & debere volumus, & mandamus in longitudine, latitudine, profunditate, & in quibuſcunque locis Peritis ad hoc electis, ſeù eligendis benè viſis, & cum facultate conſtituendi, vbicunque opus fuerit, opportunos ageres in longitudine, ac latitudine ab ipſis Peritis deſignanda; Cum autem aqua Padi Lombardiæ in dictum Alueũ Ferrarienſem ad eam quantitatem, & ſufficientiam introducta fuerit, vt Alueum ipſum ad loca vſque Primarij, & Volanæ purum, & expurgatum conſeruare, ac turbidas aquas Fluminis Rheni, & aliorum deducere, & expellere poſſit, tunc ipſum Flumen Rheni, in eumdem Alueum iuxtà Ciuitatem Ferrarienſem in loco, & modo à prædictis Peritis approbando reſtitui poſſe decernimus; Cæteros verò Torrentes ab ipſo operis initio extra dictum Alueum Padi Primarij detineri mandamus, aut ſaltem niſi clarificatos, & turbida materie in Vallibus depoſita expurgatos in illum ingredi prohibemus. Verùm vbi aqua Padi Lombardiæ modo quo ſupra proximè dictum eſt, Introducta fuerit, tunc illos quoque in prædictum Alueum Padi Ferrarien. ijs in locis, & modis, quos prædicti Periti deſignauerint reſtitui poſſe decernimus. Pro executione autem præmiſſorum, & aliorum quorumcunque, quæ ad proſecutionem, & perfectionem huiuſmodi operis neceſſaria fuerint, & opportuna. Nos auctoritate Apoſtolica, & tenore præſentium diſtrictè pręcipiendo mandamus, vt tàm Communitates, quàm Vniuerſitates Ciuitatis, & locorum, quàm Eccleſiæ, Monaſteria, Collegia, & loca pia, ac particulares perſonæ quæcunque, tam ſæculares, quàm Eccleſiaſt. quacunque auctoritate, dignitate, & pręheminentia, etiã ſpeciali nota digna refulgentes, & quibuſcunque priuilegijs, gratijs, & indultis ſuffultæ abſque aliqua cõtradictione in eorum agris,

& bonis

& bonis quaſcunque effoſſiones, & inciſiones, alueos, foſſas, tàm pro deriuatione aquarum Vallium, & de vna in alia deductionē; quam pro diuerſione Rheni, Lamonis, & aliorum Torrentium, ac pro directione lineæ Aluei eiuſdem Padi nuncupati, vt dictum eſt, *il Pò di Ferrara, & di Primaro*, fieri permittant, & qui pro tali cauſa compenſationem, & damnorum refectionem pertendent, id circumſpectione tuæ, quam huius operis ſuper intendentem deputandam duximus, notificare teneantur, in termino, aut terminis à te ſtatuendis, & eorumdem eorum conueniens ratio haberi, & illis debita compenſatio tribui poſſit, quæ compenſatio, & damnorum refectio eorum ſumptibus tribuenda erit, qui ex huiuſmodi bonificatione vtilitatem ſentiet, quorum etiam ſumptibus vniuerſum opus eiuſdem bonificationis faciendum erit. Quocirca tandem circumſpectionem tuam huiuſmodi operis ſuperintendentem auctoritate, & tenore præ dictis conſtituimus, & deputamus. Tibiq; iniungimus, vt ad eorumdem permiſſorum executionem, quàm primum deueniri cures, & cum effectu facias. Dantes tibi plenam, amplam, & vniuerſam facultatem tam omnia, & ſingula permiſſa, & alia ad felicem proſecutionem, & expeditionem huius operis neceſſaria, & opportuna faciendi, ordinandi, & exequendi, quam etiam pro illorum executione omnes, & ſingulos, qui ex deriuatione ad aquarum commodum ſentient, vt expenſas pro hoc opere neceſſario facien das contribuant, ordinandi; vtque vtilitas, & beneficium, quod exinde cuique intereſſe habentium prouenturum eſt, facilius dignoſci valeat, ad effectum, vt pro ſua rata tantùm quiſque ſupradictorum in huiuſmodi expenſas concurrat altitudinem aquarum, & terminos, quos attingunt, cum interuentu Petitorum citatis intereſſe habentibus menſurari faciendum. Ac terras, & bona in Territorio Ferrarienſi, & Bononienſi, & Romandiolæ nunc paluſtria, aut humentia, ſiue Padi, ſiue aliorum fluminum, & Aquarum inundationibus obnoxia deſcribendi, & deſignandi, & alijs bonis huiuſmodi obnoxiis minimè detrimentis ſeparandi, & pro modo, & rata, & qualitate commodi, & vtilitatis expenſas huiuſmodi inter omnes, & ſingulos poſſeſſores dictorum bonorum adhibito Petitorum vtilitatis, quę dictis bonis ſic deſcriptis, ac deſignatis proueniet, ſiue ex eo, qui ex tali bonificatione facilius ad culturam reduci, vel aliàs reducta nunc fertiliora, & vberiora reddi, aut viliora, vel ex eo, quod à Fluminum, & aliarum aquarum incurſionibus, & inundationibus tutiora, & ſecuriora remanere, aut aliud quo iuis commodum, & vtilitatem ex huiuſmodi opere conſequi poſſent pro modo, & rata, & qualitate com-

modi

commodi, & vtilitatis expen. huiuſmodi inter omnes, & ſingulos poſſeſſores dictorum bonorum, adhibito Peritorum, ſeù eligendorum iudicio, arbitrio tuo ſtatuendi, decidendi, & partiendi, eoſdemq; ad realem, & effectualem ſatisfactionem cogendi, & compellendi. Nec non vltra dictos Peritos quoſcũque Officiales in hoc opere faciendo neceſſarios arbitrio tuo eligendi, & illos quandocunque, & quotieſcunque opus fuerit mutandi, illisq; prouiſiones, & mercedes congruas conſtituendi, & aſſignandi, ac præterea illos, & Peritos prędictos, ac præterea etiam alios quoſcunque, qui in promiſſis, aut eorum aliquibus, vel in tractando, & ad finem dirigendo huiuſmodi negotio operam, & induſtriam ſuam hactenus diligenter, aut pro tempore impẽderint, vltra dictas penſiones, & mercedes ſimiliter arbitrio tuo remunerandi, ac alia quæcunque circa ea neceſſaria, ſeù quomodolibet opportuna faciendi, ordinandi, mandandi, & exequendi, cauſas quaſcunque tàm ciuiles, quàm criminales ad huiuſmodi bonificationis ſpectantes, aut ab ea dependentes, & emergentes ſummariè, ſimpliciter, & de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij manu regia, nulloq; Iuris ordine ſeruato, & omni, & quacunque oppoſitione, recurſu, aut reclamatione poſt poſitis, itaut ſi appellari, aut recurri contingat, non ad alium, quàm ad Nos, aut Romanos Pontifices Succeſſores noſtros appelletur, aut recurratur, & nihilominùs, nec proceſſus cauſæ, nec operis prędicti proſecutio, aut integra eius executio aliquo modo impediri, retardari, aut deferri, vel ſuſpendi poſſit, vigore cuiuſuis appellationis, aut recurſus etiam ad Nos, & Sedem Apoſtolicam, aut cuiuſcunque inhibitionis, niſi commiſſio manu noſtra, aut Romani Pontificis ſucceſſoris noſtri pro tempore exiſtentis ſignata fuerit cũ hac expreſſione ſuſpendatur executio etiam intra limitis Legationis Bononiæ, aut alibi vbicunque opus fuerit audiendi, cognoſcẽdi, terminandi, & decidendi, cum poteſtate quos, & quibus opus fuerit etiam ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis citandi, & inhibẽdi priuatiuè, quo ad alios quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, & de latere Legatos, necnon quoſcunque Commiſſarios, & Iudices, in quibuſcunque locis tibi benè viſis toties, quoties volueris, & tibi videbitur, qui cauſas huiuſmodi cognoſcant; & terminent, ac alia neceſſaria faciant, vt exequantur cum ſimili, vel limitata facultate arbitrio tuo deputandi. Nec non etiam quibuſcunque Gubernatoribus, Officialibus, & alijs Apoſtolicæ Sedis Miniſtris vbicunque exiſtẽtibus, atque Communitatibus, Vniuerſitatibus, & etiam particularibus perſonis in Territorio Ferrarienſi, Bononienſi, & Romandiolæ, & ipſarum nonmet

met Ciuitarum Bononienſium, & Ferrarien. vt omnia, & ſingula per te circa permiſſa ordinanda, & ſtatuenda debita executione demandare procurent auctoritate noſtra mandandi, & inobedientes Iuris, & facti remedijs quacunque oppoſitione, & recurſu poſtpoſitis cogendi, & compellendi vnum, vel plures depoſitarios taxarum per te, ſeu de mandato tuo faciendarum ab intereſſe haben. ſupradictis exigendarum deputandi, & vt fideliter in opus prædictum exponantur ab eiſdem Depoſitarijs, ſeù Exactoribus idoneam cautionem recipiendi. Et nihilominùs Dilectis Filijs Gubernatoribus, Officialibus, & Miniſtris quibuſcunque, cæterisq; ad quos ſpectat, & ſpectabit, vt tibi in omnibus promptè obediant, tuaq; iuſſa exequãtur, per præſentes percipimus, & mandamus. Non obſtantibus quibuſuis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quæcunque Ciuitatum, Terrarum, & Locorum etiam Iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, exemptionibus, & litteris Apoſtolicis quibuſuis ex prædictis Communitatibus, Vniuerſitatibus, necnon Collegijs, Eccleſijs, Monaſterijs, & Locis pijs, ac perſonis tàm Eccleſiaſticis quàm Sæcularibus, cuiuſcunque gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in contrarium permiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæterisq; contrariis quibuſcunque.

Dat. Romæ apud S Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die duodecima Auguſti 1604. Pontificatus Noſtri Anno Decimotertio.

M. Veſtrius Barbianus.

A Tergo.

Dilecto Filio Noſtro Franciſco tituli S. Clementis Presbytero Cardinali noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Prouincia noſtra Romandiolæ de latere Legato, & in Ciuitate, & Ducatu Ferrarienſibus Collegato.

SAN-

SANCTISSIMI
DOMINI NOSTRI
PAVLI PAPAE QVINTI.
Breuia, & Indulta
CIVITATI FERRARIENSI
impertita.



K

Digitized by Google

BREVE

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

PAVLI QVINTI.

Conceſſum

COMMVNITATI FERRARIÆ

In ſubſidium Sacri Montis Pietatis.

PAVLVS PAPA V.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

PATERNA Noſtra in ſubſidos noſtros charitas Nos admonet, vt ad ea noſtræ ſollicitudinis partes libenter dirigamus, per quæ ipſis ſubditis neceſſaria ſubuentionis ſubſidia ſubminiſtrari poſſint, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Aliàs ſiquidem, ſicut accepimus felic. recor. Clementi Papæ VIII. Prædeceſſori noſtro pro parte dilectorum filiorum Magiſtratus, ac Communitatis, & Hominum Ciuitatis Noſtræ tunc ſuæ Ferrarienſis expoſito, quod aliàs Mons Pietatis in dicta Ciuitate in ſubſidium Pauperum, & miſerabilium perſonarũ auctoritate Apoſtolica iam pridem erectus, & inſtitutus à quo pecuniæ dari, & viciſſim accipi magno cum omnium Ciuium, & præſertim Pauperum dictæ Ciuitatis beneficio, & commodo conſueuerant, tum ob malam præte-

ritorum annorum qualitatem, & conditionem, tùm maximè verò ob peſſimam nonnullorum illius Deputatorum, & Officialium adminiſtrationem (contractis enim nomine grauibus debitis, ac maximo ære alieno cõflato ad ſummam ſexaginta trium millium ſcutorum circiter deductis, etiam ijs, quæ ſibi è conuerſo debebantur, pecunijs aſcendentibus) ceſſationem, ſeu decoctionem paſſus erat, & ex eo factum erat, vt multi Pauperes, Ciues, Viduæ, Pupilli, Virgines matrimonio, ſeu religioni ſe adijcere volentes, necnon etiam Perſonæ Eccleſiaſticæ, & ſæculares, multaq; item pia loca etiam regularia, ac demùm quamplurimæ aliæ perſonæ, quæ diuerſas pecuniarum quantitates in dictum Montem Pietatis tanquàm in ſecurum, & tutum portum cõtulerant, maximum inde incommodum, ac detrimentum omnes infimum receperant, & in dies magis recipiebant, multæq; earum ex hoc ſiniſtro Montis prædicti euentu in manifeſtum vltimi eorum exitij, vel fame etiam pereundi, aut cuiuſpiam alterius damni, & ſcandali periculum quotidie vacabantur. Quibus, vt remedium aliquod opportunum primo quoque tempore afferretur Magiſtratus prædictus, ac Venerabilis Frater Epiſcopus Ferrarienſis, multiq; alij graues, & eruditi viri, etiam ex gremio Conſilij ſupremi prædictę Ciuitatis ad id electi, & deputati in dicta ad opus hoc prudenter, & maturè pertractandum Congregationem tandem præhabita omnium rationum, quæ in medium prodierant, diligenti, & accurata diſcurſione in eam ſententiam vnanimi conſenſu deuenerant, dictum Montem nulla magis expedita ratione in priſtinum ſtatum reſtitui poſſe, quàm ſi impoſita Gabella vnius quatrantis pro qualibet libra carnis in dicta Ciuitate, & illius diſtrictu, durante tempore octo annorum vendendæ, & reductio ad idem tẽpus octo annorum Datio Piſcis ad ſummam, in qua erat, antequã à dilecto filio noſtro Petro Tituli Sancti Pancratij Cardinale Aldobrandino nuncupato noſtro, tunc ipſius Clementis Prędeceſſoris, & Sedis Apoſtolicæ in eadem Ciuitate, & Ducatu Ferrarienſi de Latere Legato moderatum, & moderatio ipſa ipſo Clemente Prædeceſſore confirmata effectum ſuum ſortitæ fuiſſent, pecuniæ inde prouentuiæ in extinctionem æris alieni dicti Montis conuerterentur. Necnon ijdem ſperantes ab ipſo Clemente Prædeceſſore, & Apoſtolica Sede liberaliter ad publicam vtilitatem, & commoditatem conſequi hinc à Creditoribus Montis dilationem octo annorum ad ſatisfactionem eis impendendam, quo tempore Mons ipſe nullum intereſſe eis præſtare, ſed tantummodò ex ſummis principalibus debitam quotannis ratam ſoluere teneretur, obtinuerant, illic verò debitoribus dicti Montis aliam ad Se-

xennium

xennium dilationem, qua durante ſortes principales eidem Monti integrè perſolui, ac interim debitum intereſſe pendere, de hocq; adimplendo ſufficientes, & idoneas cautiones, & fideiuſſiones pręſtare quicunque illorum deberent, conceſſerant. Et exactiùs rem totam intrinſecè perluſtrantes, Montem ipſum intereſſe, quo pro contracto ære alieno tenebatur, ſubleuatum ex pecunijs Gabellæ, & Datij prædictorum, & fructibus ei à debitoribus tempore Sexennij huiuſmodi vſque ad ſummam circiter ſex millium ſcutorum cum ſorte principali impendendis, prorsùs à mole debitorum. qua tunc pręmebatur de curſu dictorum octo annorum facilè liberari, & eximi, ac in priſtinum ſtatum reſtitui, deincesq; in illo conſeruari poſſe competerant. Et in eadem expoſitione ſubiuncto, quòd licèt pretium carnis in dicta Ciuitate, & diſtrictu augeri oporteret, illud tamen nihilo maius, aut grauius futurum erat, quàm quo tunc caro in Bononienſi, & nonnullis alijs Ciuitatibus dicti Status Eccleſiaſtici vendebatur, & Datium Piſcis huiuſmodi quibuſdam priuatis perſonis, quæ Piſces venales exponebant, & ex eis quæſtum faciebant ſoluendum incumbebat, & ex illius auctione, vel decremento dictæ Ciuitatis Ferrarieñſis æquè parum damnum, ac vtilitatem ſentiret. Propterea pro parte Magiſtratus, & Communitatis, & Hominum prædictorum eidem Clementis Prædeceſſori humiliter ſupplicatio, & in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaretur; Idem Clemens prædeceſſor, qui pro iniuncti ſibi Paſtoralis officij debito piorum quorumcunque locorum, præſertim ad pauperum, & ægenorum inopiam ſubleuandam inſtitutorum, dum temporum iniuria, aut Officialium negligentia deteriorationem, vel grauamen aliquem caſum experiuntur, inſtaurationi libenter inuigilabat, tàm Magiſtratus, quàm Communitatis, & Hominum prædictorum piam in dicto Monte reſtituendo curam, & ſollicitudinem plurimum commendans, huiuſmodi ſupplicationibus inclinatus, vnam gabellam, donec ipſe Clemens Prædeceſſor in humanis degeret duraturam vnius quadrantis pro qualibet libra carnis, ex tunc deinceps, durante huiuſmodi vitæ ſuæ tempore in dicta Ciuitate, & diſtrictu Ferrarienſis vendenda, ad cuius ſolutionem nedùm Laici ipſi etiam quantumuis priuilegiati, ſed etiã Eccleſiaſtici tàm ſęculares, quàm quorumuis Ordinum etiam Mendicantium, ac Congregationum, & Societatum, necnon Hoſpitalium etiam Sancti Ioannis Hieroſolymitani, & Militiarum Regulares quantumuis exempti, ac ſimiliter priuilegiati, & in Conſtitutione fel. rec. Pij Papæ V. Prædeceſſoris noſtri, tunc ſui, quæ incipit. Dum ad vberes, explicitè, vel implicitè compræhenſi omni-

nõ tenerentur auctoritate Apoſtolica conſtituit, & impoſuit. Ac ſuper datium piſcis ad ſummam, in qua illius moderatione prædictam non ſolùm pro eo, qui in dicta Ciuitate vendebatur, ſed etiam pro eo, qui foris per tranſitum educebatur, exiſtebat, per eoſdemmet, ac prædictos laicos, ac Eccleſiaſticos ſæculares, & regulares, ſeù veriùs per ipſos, qui piſcibus vendendis in Ciuitate, & Diſtrictu Ferrarienſis vacabant, itidem perſoluendum, ſimiliter vita ipſius Clementis Prædeceſſoris durante, reduxit, ſeu etiam auxit, & ampliauit, Omnes autem, & ſingulas, ac quaſcunque pecunias, & pecuniarum ſummas, & quantitates ex dicta gabella, & incremento prædicti datii vita ipſius Prædeceſſoris, durante huiuſmodi, quomodolibet exigendas; & colligendas quantęcunque quantumuis notabiles illæ fuiſſent, etiamſi dicta debita longè exceſſiſſent, Monti Pietatis prædicto in ſolutionem, & extinctionem debitorum, quibus tunc grauatus reperiebatur, & non alios eius vſus etiam quantumuis vrgentes, & neceſſarios, ac etiam prius erogandas, & implicandas, Ita quod liceret Magiſtratui, & Communitati, ac Hominibus prędictis illas omnes per ſe, vel alios ad id ab eis deputãdum, eorum, ac eiuſdem Montis nomine propria auctoritate exigere, colligere, leuare, recuperare, ac in eorumdem debitorum ſolutionem, & non alios vſus conuertere, cuiuſque licentia deſuper minimè requiſita, applicauit, conceſſit, & aſſignauit; Cæterum nè in exactione pecuniarum huiuſmodi fraudem; vel dolum in præiudicium dicti Montis à quoquam admitti contingeret, voluit, ac etiam prædicto Epiſcopo, ac Magiſtratui Communitati, & Hominibus prædictis expreſsè iniunxit, vt ipſi quotannis, vel aliàs, prout magis expedire viſum foret, duos ſpectatæ probitatis, & integritatis Viros fide, & facultatibus idoneos, aſſignato eis, & cuilibet eorum congruo, & competenti ſalario ex communi ærario dictæ Ciuitatis Ferrarienſis ſoluendis deputare curarent, qui deberent, & tenerentur omnibus, & ſingulis diebus, omnes quoque, & ſingulos pecunias dierim alter nempè, & is quidem ab eo Officiali, qui de mandato Communitatis, & Hominum prædictorum à Lanijs, ſeu Macellarijs gabellam, ſeu datium carnis per ipſum Clementem Prædeceſſorem, aliàs dictæ Ciuitati donatum, exigere ſolebat, alter verò ab Officiali Cameræ, qui datio piſcium præerat, ſummas, & quantitates librarum & carnis, & piſcium per eoſdem Lanios, & Piſcium Venditores, & per conſequens datium, & gabellam per eoſdem debitam iuxtà auctiones prædictas in ſuo quoque libro ad hunc effectum ſpecialiter annotare, & deſcribere, & iuxta ſignificationes dictorum Officialium Cameræ Apoſtolicæ, & Communitatis prædicta-

dictarum, ac eorumdem relationis vnicuique Lanio, & piſcium Venditori debitum dare, & poſtea facta pecuniarum collectione, & inita cum quolibet Lanio, & piſcium Venditore noua debitæ quantitatis collatione, eoſdem, & eorum ſingulos ad Bancharium Communis eiuſdem Ciuitatis dimittere & per cedulam cuilibet eorum dandam pecuniarum quantitatem ab eiſdem per ipſum Bancharium accipiendam, & in creditum antiquarum rationum Montis prædicti redigendam, moxq; in ſatisfactionem debitorum eiuſdem erogandam. Et poſteà quotieſcunque Epiſcopo, Magiſtratui, ſeu Communitati, & Hominibus prædictis placeret, de eorum adminiſtratione, iuxtà incontrum, vt vulgò dicitur à libris dictorum duorum Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, quoad piſces, & Ciuitatis prædictæ quoad carnes Officialium legitimam, & lealem rationem reddere deberent, quacunque exceptione non obſtante, quod ſi quandocunque facere recuſarent, vel ex quolibet prætextu differẽt, officio prædicto ſtatim ipſo iure priuati exiſterent, & nihilominus ad prædicta tenerentur, & quocunque remedio Magiſtratui beneuiſo compelli potuiſſent, prout in ipſius Clementis Prædeceſſoris literis, ſub Dat. die xxvi. Maij, 1603. Pontificatus Sui Anno duodecimo, in hac forma Breuis deſuper expeditis pleniùs continetur.

CVM autem, ſicut nuper pro parte dictorum Magiſtratus, Communitatis, & Hominum Nobis expoſitum fuit, ſupradicta gratia per Clementem Prædeceſſorem conceſſa ob illius obitum expirauerit, in maximum eiuſdem Montis Pietatis damnum, & præiudicium, niſi per Nos, & Apoſtolicam Sedem eadem gratia iterum concedatur, & extendatur. Ac propterea eorum nomine per Dilectum Filium Comitem Hieronymum Gilioſum eorum Magiſtratus, Communitatis, & Hominum apud Nos Oratorem Nobis humiliter ſupplicatum fuerit, vt ſuper hoc opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur Nos, qui non minori charitate Subditos noſtros, & Apoſtolicæ Sedis proſequimur, illorum commoditatibus pari cura, & ſollicitudine proſpicere cupientes, ac prædictarum Clementis Prædeceſſori literarum tenorem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſo habentes, & ſingulares eorundem Magiſtratus, Communitatis, & Hominum perſonas a quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à Iure, vel ab homine quauis occaſione, uel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum preſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ſupradictam Gabellam Quarreni pro

ni pro

ni pro qualibet libra carnis ab ipſo Clemente Prędeceſſore eius vita durante, vt præfertur impoſitam, & per illius obitum extinctam in eadem Ciuitate, & toto Diſtrictu Ferrarienſis de nouo auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium ad octo annos proximè futuros imponimus, & conſtituimus, Ipſamq; gabellam vnius Quatreni pro qualibet libra carnis ex nunc deinceps dictis octo annis durantibus, in Ciuitate, & diſtrictu pręſentis vendenda, non ſolum à laicis quibuſcunque quantumuis priuilegiatis, ſed etiam ab omnibus, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis, tàm ſæcularibus, quàm quorumuis ordinum etiam Mendicantium, ac Congregationum, & Societatum, nennon Hoſpitalium etiam Sancti Ioannis Hieroſlymitani, & Militiarum regularibus quantumuis exemptis, & ſimiliter priuilegiatis, & in Conſtitutione prędicta Pii Papæ Quinti, quæ incipit. Dum ad vberes explicitè, vel implicitè compræhenſis, perſolui debere volumus, & ordinamus. Præterea Datium Piſcis ad ſummam, in qua antè illius moderationem à Petro Cardinale, & Legato factam prædictam erat, tàm quoad piſcem, qui in dicta Ciuitate venditur, quàm quoad illum, qui foris per tranſitum educitur, per omnes, & ſingulos ſupradictos laicos, & Eccleſiaſticos ſæculares, & regulares, ſeu per ipſos piſcium in Ciuitate, & Diſtrictu prædictis Venditores perſoluente, ſimiliter ad octo annos, vt ſupra computandos reducimus, augemus, & ampliamus. Omnes autem, & ſingulas pecuniarum ſummas, & quantitates ex dicta gabella quatreni carnis, & augmento datij piſcis, dicto tempore durante quomodolibet exigendas quantæcunque, & quantumuis notabiles illæ fuerint, etiamſi dicta debita longè exceſſerint. Monti Pietatis prædicto in dicti æris alieni, quo adhuc grauatus reperitur, diſſolutionem in primis, & ante omnia, ac in Officialium, & Miniſtrorum eiuſdem Montis manutentionem, & non aliquos alios vſus etiam quantumuis vrgentes, & neceſſarios, ac etiam pios erogandas, & exponendas, dictis octo annis durantibus, auctoritate, & tenore prædictis applicamus, concedimus, & aſſignamus. Ita quòd liceat Magiſtratui, ac Communitati, & Hominibus prædictis illos omnes per ſe, vel alios ab eis deputandos, eorum, ac eiuſdem Montis nomine propria auctoritate exigere, colligere, leuare, & recuperare, ac in eorumdem debitorum ſolutionem, ac Miniſtrorum, & Officialium manutentionem, & non alios vſus conuertere, cuiuſuis licentia deſuper minimè requiſita. Cęterùm nè in exactione pecuniarum huiuſmodi fraus, vel dolus in pręiudicium, vel damnum dicti Montis à quoquam committi poſſit, volumus, ac etiam prędicto Epiſcopo, ac Magiſtratui, Com-

munitati,

munitati, & hominibus prędictis expræſsè iniungimus, vt ipſi quotannis, vel alijs, prout magis expedire iudicauerint, duos ſpectatæ probitatis, & integritatis viros fide, & facultatibus idoneos, aſſignato eis, & cuilibet eorum congruo, & competenti ſalario ex prędictis pecunijs ſoluendo deputare curent, qui ſingulis diebus debeant, & teneantur omnes, & ſingulas pecunias dietim, alter ſcilicet ab eo Officiali, qui de mandato Magiſtratus gabellam, ſeu datium carnis, aliàs à dicto Clemente Prædeceſſore dictæ Ciuitatis donatum à Lanijs, ſeu Macellarijs exigere ſolet. Alter verò ab Officiali Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, qui datio piſcium præeſt, ſummas, & quantitates librarum tàm carnis, quàm piſcium per eoſdem Lanios, & Venditores piſcium venundatorum, & per conſequens datium, & gabellam per eoſdem debitam iuxta auctiones prædictas in ſuo quiſque libro ad hunc effectum ſpecialiter annotare, & deſcribere, & iuxta ſignificationes dictorum duorum Officialium Cameræ noſtræ, & Communitatis prædictæ, ac eorumdem relationes vnicuique Lanio, & Piſcium Venditore noua debitæ quantitatis collectione, eoſdem, ac eorum ſingulos ad Bancarium Communis dictæ Ciuitatis dimittere, & per cedulàm cuilibet eorum dandam pecuniarum quantitatem ab eiſdem per ipſum Bancarium accipiẽdam, & in creditum antiquatum rationum Montis prædicti redigendam, moxque in ſatisfactionem debitorum eiuſdem erogandam. Et poſteà quotieſcunque Epiſcopo, Magiſtratui, ſeu Communitati, & hominibus prędictis placuerit, de eorum adminiſtratione iuxtà Incõtrum, vt vulgò dicitur, à libris dictorum duorum, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, quoad piſces, & Ciuitatis prædictæ quoad carnes Officialium legitimam, & lealem rationem reddere debeant, quacunque exceptione non obſtante, quòd ſi quandocunque facere recuſauerint, vel ex quolibet prætextu diſtulerint, Officio prædicto ſtatim ſuo Iure priuati exiſtant, & nihilominus ad prędicta teneantur, & quocũque remedio, Magiſtratui beneuiſo compelli poſſint. Decernentes impoſitionem gabellæ, & auctionem, ſeu incrementum datij huiuſmodi ad annos octo prædictos tantùm durare, & illis durantibus omnes, & quoſcunque, tam laicos, & Eccleſiaſticos ſæculares, & regulares prædictos etiam, vt præfertur, & aliàs quomodolibet priuilegiatos, & exemptos ad ſolutionem gabellæ, & incrementi datij huiuſmodi omninò teneri, & obligatos eſſe, nec ſe ab eis prætextu quorumcũque priuilegiorum, & Indultorum etiam à Sede prædicta ſub quibuſuis verborum expreſſionibus, & formis emanatorum, etiam in viridi obſeruantia exiſtentium liberos, immunesq; dicere, aut aliàs quoquomodo tueri, aut præſeruare poſſe,

ſed ad eamdem ſolutionem omnibus opportunis Iuris, & facti remedijs etiam inuitos, & reclamantes omni, & quacunque appellatione remota cogi, & compelli poſſe debere. Præſentes quoque noſtras literas, ex quouis capite, vel cauſa de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, annullari, vel inualidari, ſeu in Ius, vel controuerſiam vocari nullatenus poſſe, ſed illas validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuosq; plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectare poterit in futurum firmiter, & inuiolabiliter obſeruari, & adimpleri. Sicq; & non aliter per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungente etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac eiuſdem S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & innane quicquid ſecus ſuper his à quocunque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Dilecto Filio noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in dicta Ciuitate de Latere Legato, ſeu eius Collegato, ac eidem Epiſcopo Ferrarienſi, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quantus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Magiſtratus, ac Communitatis, & hominum prędictorum deſupèr fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illis in pręmis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra eaſdem pręſentes, & in eis contenta quæcunque per quolibet etiam dictæ Camerę Officiales, & Commiſſarios firmiter obſeruari; Non permittentes eoſdem Magiſtratum, Communitatem, & Homines deſuper à quocunque indebitè moleſtari, perturbari, aut alias quomodolibet impediri; Contradictores auctoritate noſtra Apoſtolica appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggrauando. Inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus ſingulis pręmiſſis, ac pię mem. Bonifacij Papę VIII. Prędeceſſoris Noſtri de vna, & Concilij generalis de duabus dięctis, dummodò vltrà tres diætas aliquis auctoritate pręſentium ad Iudicium non trahatur, necnon prędicta dicti Pij V. & alia re. me. Pij IV. ſimiliter Prędeceſſori noſtri de gratijs, & cõceſſionibus intereſſe dictæ Cameræ quomodolibet concernentibus in eadem intra certum inibi expreſſum tempus præſentãdis, & regiſtrandis. Ita quòd Magiſtratus, & Communitas, ac Homines

mines prædicti ad id non teneantur, & tamen præſentes valeant, & illis ſuffragentur, aliiſq; quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Ciuitatis Ferrarienſis, ac ordinum, & Congregationum, & Societatum, Hoſpitalium, & Militiarum, quorum Regulares prædicti fuerint, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, legibus, ſtabilimentis, vſibus, & naturis, conſuetudinibus, ac prædictis, & quibuſuis alijs priuilegijs, Indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Ciuitati Ferrarienſi, ac dilectis Filiis Clero, & Populo eiuſdem, necnon ordinibus, Congregationibus, & Societatibus, Hoſpitalibus, & Militijs prædictis, eorumq; Superioribus, & præſertim Hoſpitalium, & Militiarum huiuſmodi Magiſtris, Conuentibus, Militibus, alijſque perſonis prædictis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſq; efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibusq;, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine etiam conciſtorialiter, & aliàs in contrarium etiam iteratis vicibus quomodolibet conceſſis, approbatis, confirmatis, & innouatis: Quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi pro ſufficienti eorum derogatione, de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales etiam idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores, decreta, ac Datæ, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omninò, & forma in eis tradita obſeruata inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Dat. Romæ, apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris die xxii. Octobris, 1605. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

M. Veſtrius Barbianus.

DECRETO

DECRETO

Dell'Illuſtriſsima

CONCREGATIONE

Del Sacro Concilio,

Sopra le renonzie, che fanno le Zitelle nel far profeſsione, quando ſi vogliono monacare.

BEATISSIMO PADRE.

ESSENDO solito in Ferrara, che le Zitelle, che vogliono monacarſi, piglino l'abito prima della profeſsione, la quale volendo poi fare per la forma del Concilio Tridentino, due meſi prima rinonziano con licenza di Monſig. Reuerendiſſimo Veſcouo, ò del ſuo Vicario i beni loro a' Parenti; e ſi coſtuma ancora in ſimile renonzia di oſſeruare le ſolennità de gli Statuti, li quali diſpongono, che niuna Donna poſſa fare qual ſi voglia contratto, senza l'attorità del Giudice, e di due Parenti de' più congionti; & ciò per euitare ogni dubbio, sappiendoſi quanto ſia diſputabile queſto paſſo tra Dottori, eſſendo diuerſe l'opinioni. Ora detto Mons. Veſcouo s'oppone, non volendo in maniera alcuna, che in dette rinonzie s'interponghino le solennità de gli Statuti: Onde preuedendo il Maeſtrato di detta Città, douer per ciò in progreſſo di tempo naſcere infinite liti, per fuggire queſto imminente danno, hà preſo eſpediente di ſupplicare Voſtra Beatitudine à degnare con l'auttorità sua di dichiarare, o commettere alla Sacra Conſulta ſopra il Concilio, che voglia prononziare, se le solennità di detti Statuti ſono neceſſarie, ò no; che con tale dichiarazione i poueri Cittadini sarnnno solleuati dal dubbio loro, ed in conſeguenza del pericolo delle liti. Il che riceueranno in grazia ſingolariſs. da V. S. Quam Deus &c.

HOC

HOC ſupplici Libello à Sanctiſſimo Domino Noſtro ad Congregationem Concilij reiecto, Congregatio cenſuit, in huiuſmodi renunciationibus, quæ à Mulieribus profeſſionem emiſſuris, Habitu regulari ſuſcepto, intra probationis annum factæ fuerint, nequaquam oportere ſeruare formam Laicorum Staturo præſcriptam, nec eius omiſſione tales renunciationes inualidare, aut nullas, & irritas reddere, vtpotè ab his perſonis, ſcilicet nouitiis factas, quæ ſecundùm præſentem ſtatum, tanquàm Eccleſiasticæ cenſeri, ac proinde legibus laicalibus ſolemnitatem inducentibus ſubiacere non debent.

A. Card. Vicecomes.

Locus ✠ Sigilli.

A TERGO:

Alla Santità di Noſtro Signore.

Per la Città di Ferrara.

Nel particolare delle Zitelle Monacande.

BREVE
Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ
PAVLI QVINTI.
Quo confirmatur
OMNIA BREVIA INDVLTA,
Et Priuilegia, à fel. rec. Clemente Papa Octauo, Communitati Ferrarienſi conceſſa.

PAVLVS PAPA V.

Dilecti Filij Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SINCERÆ fidei, ac deuotionis veſtræ erga nos, & Apoſtolicam Sedem conſtanria, multis iam argumenris comprobata, facir, vr nos benigni fauoris gratia vos libenrer complectamur, ac ea, quæ à fel. rec. Clemente Papa VIII. Prædeceſſore noſtro Vobis, & iſti noſtræ Ciuitati Ferrarienſi conceſſa ſunt, vr perperuò firma, & illibata perſiſtant, noſtræ confirmationis robore communiamus, Supplicationibus igirur pro parre veſtra per dilectos filios Marchionem Franciſcum Villam, Comirem Aloyſium Beuilaquam, & Equitem Ioannem Bapriſtam Guarinum Conciues, & Oratores veſtros nuper ad Nos miſſos, quos libenter vidimus, & audiuimus, nobis humiliter porrectis inclinati, omnes, & quaſcunque conceſſiones, gratias, exempriones, immunirares, facultates, priuilegia, & indulta Vobis, & Ciuitati prædictæ per eumdem Clemenrem Prædeceſſorem, & præſertim quòd exempriones, & priuilegia quæcũque quibuſuis particularibus perſonis conceſſ, & concedenda non præiudicent grarijs, priuilegijs, & Indultis ipſi Ciuitati, ac Vobis conceſſis, & per quoſcunque alios Romanos Pontifices, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam conceſſa, &

ſeù

ſeù confirmata, ac literas quaſcunque etiam in forma Breuis deſuper expeditas, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, quatenùs ſint in vſu, & non ſint reuocata, nec ſub aliquibus reuocationibus compræhenſa; Et vlteriùs quæcunque ſtatuta, ordinationes, decreta, & reformationes eiuſdem Ciuitatis, quatenùs iuſta, & rationabilia exiſtant, ac libertati Eccleſiaſticæ, debitæq; Nobis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientiæ, & fidelitati, & Concilij Tridentini decretis, ac conſtitutionibus Apoſtolicis non repugnent, nec aduerſentur, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſq; perpetuæ, ac inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos tàm Iuris, quàm facti defectus. Si qui de ſuper in eiſdem interuenerint, ſupplemus, eaq; omnia, & ſingula perpetuò valida, firma, & efficacia eſſe, & fore; Vobiſq; & dictæ Ciuitati, ac omnibus, quos concernunt, pleniſſimè ſuffragari, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, reſpectiuè inuiolatè obſeruari debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nennon omnibus illis, quæ dictus Clemens Prædeceſſor in ſuis literis voluit nō obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

Dat. Romæ apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris. Die 6. Iulij, M.DC. V. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

M. Veſtrius Barbianus.

A tergo.

Dilectis Filijs Iudicis Sapientum, ac Sapientibus, & Magiſtratui Ciuitatis noſtræ Ferrarienſis.

BREVE
Sanctiſs. Domini Noſtri Papæ
PAVLI QVINTI.
Quo confirmatur
STATVTVM, QVOD PATRES,
Et Aui non priuentur legitima filiorum pro eorum delictis, quoad ipſi Patres, & & Aui vixerint.

PAVLVS PAPA V.
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

CIVITATEM noſtram Ferrarien. illiusq; Ciues ob eorum in Nos, & Apoſtolicam Sedem fidei, ac deuotionis ſinceritatem ſpecialibus fauoribus, & gratijs libenter proſequimur, ac eorum commodis, & vtilitati, quantùm cum Domino poſſumus, opportunè proſpicere procuramus. Cum itaque ſicut accepimus Statutis eiuſdem Ciuitatis Ferrariæ inter alia diſponatur. Quòd ſi quis filiusfamilias in Patris, vel Aui poteſtate conſtitutus, vel etiam emancipatus cum Patre, vel Auo habitans in Ciuitate, vel Burgis, aut diſtrictu Ferrariæ homicidium commiſerit, vel in fœminam communi opinione pro honeſta reputatã cognouerit, vel rapuerit, eam de loco ad locum conducendo, in Ciuitate Ferrariæ, vel diſtrictu Patre, vel Auo ipſius delinquentis inſcio, ad capitis amputationem condemnetur, & ad bonorum ſuorum confiſcationem, quorum duæ partes ſint Communis, alia pars ſit hæredum defuncti, ſaluo tamen vſufructu competenti Patri, vel Auo in bonis filijs, vel nepotis, & ſaluis dotibus Mulierum, & iuribus Creditorum,

ditorum, ipſiuſque legitima, habito reſpectu ad tempus mortis publicetur, quæ ſibi contigerit in bonis Patris, vel Aui, ſi tempore delicti Pater, vel Auus non fuiſſet rebus humanis exemptus, quæ legitima viuente Patre, vel Auo, nullatenùs Fiſco, aut Maſſariæ, nec hæredibus Defuncti deuoluatur, nec ab ipſis occupetur, ſed ea vti, & frui poſsit Pater, & Auus toto tempore vitæ ſuæ omni inquietatione ceſſante, quibus mortuis ad ipſum Commune, & hæredes defuncti vis integrum reſpectu dictæ legitimæ deuoluatur ipſo iure, niſi contigerit ipſum filium delinquentem naturaliter præmori Patri, vel Auo, vel niſi cauſa ingratitudinis commiſſa fuerit per filium in parentem, vel Auum, & Parens, vel Auus filium priuauerit legitima: Quo caſu ad Patrem, vel Auum ipſa legitima redeat ipſo iure. Nos ſtatuto prædicto inhærentes, illudque nominatim confirmantes, & approbantes. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac mera liberalitate noſtra harum ſerie ſtatuimus, & ordinamus, quòd Ciues eiuſdem Ciuitatis noſtræ Ferrariæ tantùm eorum vita durante, non teneantur præſtare legitima filiorum, vel nepotum quouis modo, ipſis tamen parentibus, & Auis inſcijs delinquentium, etiamſi pro eorum delictis illorum bona, & legitima confiſcata fuerint, neque ſuper dicta legitima à Fiſco quouis modo moleſtari, perturbari, vel inquietari poſſint, ſed ipſi Patres, & Aui reſpectiuè quoad vixerint, legitima huiuſmodi filiorum, vel nepotum delinquentium pacificè frui, & gaudere valeant, & debeant. Sicque & non aliter per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio noſtro moderno, & pro tempore exiſtenti in Ciuitate, & Ducatu noſtris Ferrarienſ. noſtro, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legato, ſeu eius Vicelegato, aut Gubernatori, per præſentes committimus, & mandamus, quatenùs præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque per ſe, vel alium, ſeù alios, vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte alicuius Ciuis Ferrarienſ. fuerit requiſitus, ſolemniter publicans, ac eiſdem Ciuibus in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens, faciat auctoritate noſtra illos, & quemlibet illorum eorumdem præmiſſorum effectu pacificè frui, & gaudere, non permittens eos deſuper à quoquam, quauis auctoritate quomodolibet indebitè moleſtari. Non obſtantibus quibuſuis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, præſertim felicis recordationis Bonifacij

Papæ Noni Prædeceſſoris Noſtri; cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die nona Februarij, Milleſimo ſexcenteſimo ſexto, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

M. Veſtrius Barbianus.

BREVE

Digitized by Google

B R E V E

Sanctiſsimi Domini Noſtri

PAVLI PAPAE QVINTI.

In Quo

DIVIDITVR ONVS EXPENSARVM

In opere exſiccationis factarum , & faciendarum .

Dilectis Filijs Noſtris S. R. E. Cardinalibus Congregationis Aquarum Ferrariæ, Bononiæ, & Romandiolæ.

PAVLVS PAPA V.

Dilecti Filij Noſtri Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CVM vobis , de quorum fide, prudentia, & experintia plurimum in Domino confidimus , negotium exſiccationis agrorũ in Bononien. Ferrarien. Territorijs , & Romandiola aquis ſubmerſorum cõmiſerimus , & iam ingentes ſumptus in hanc cauſam facti , maioresq; faciendi ſint, Vos , vt omnes , qui ſentiunt commodum , ſentiant etiam incommodum , æquitate ſuadente ſumptuum præfatornm , tàm factorum , quàm faciendorum partitionem faciendam cenſuiſtis . Nos verò attendentes dictam partitionem ab omnibus, ad quos ſpectat , recipi , & effectum ſortiri , atq; inuiolabiter obſeruari dicto negocio , & publicè expedire eandem partitionem ſequentes , Motu proprio , & ex certa ſcientia , ac matura deliberatione noſtra , deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentiũ præcipimus , & mandamus , vt onus omnium expenſarum in ſupradicto opere factatum , & faciendarum , & tàm ſortis principalis pecunia-

cuniarum ad hunc finem receptarum, & finiendarum, quàm fructuum pro illis ſoluendorum inter infraſcriptas Communitates, & Vniuerſitates modo, & forma infraſcriptis diuidatur, ita tamẽ, vt per eaſdem Communitates, & Vniuerſitates à particularibus perſonis intereſſe habentibus cuiuſcunq; qualitatis, conditionis, & dignitatis exiſtant, etiam Eccleſiaſticis, tam ſæcularibus, quàm quorumuis ordinum, & inſtitutorum regularibus, ac Hoſpitalibus etiam S. Ioannis Hieroſolymitani, etiam quacunq; exemptione, immunitate, & priuilegio ſuffultis, necnon etiam à Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Præſidentibus, & Clericis, alijsq; eiuſdem Cameræ Miniſtris, & officialibus, necnon Archiepiſcopis, Epiſcopis, & S. R. E. Cardinalibus pro rata bonorum ad quemcumq; illorum pertinentium, & iuxta taxm deſuper faciendam liberè exigi poſſit. Communitati videlicet, & hominibus Ciuitatis Bononien. tertia pars; Communitati, & hominibus Ferrarienſibus compræhenſa etiam Terra Argentæ alia tertia pars: Communitati, & hominibus Rauennæ compræhenſis Vniuerſitatibus, & hominibus Bagnacaualli, Fuſignani, Territorij Leonini, Lugi, Imolæ, Maſſæ, Conſilicis, & le Spezzate nuncupat. Reliqua tertia pars dictarum expenſarum attribuatur: hæc autem tertia pars vltimò dicta inter alias quinque partes pariter diuidatur, videlicet pro Ciuitate Rauennaten. & eius Territorio duæ partes: pro locis Bagnacaualli, Fuſignani, & Territorii Leonini vna pars: pro Terra Lugi, & eius Territorio vna pars: pro Ciuitate Imolæ, & Locis Maſſæ Conſilicis, & le Spezzate reliqua quinta pars: Volumus etiam, vt dilectis Filijs Præſidenti Romandiolæ, ac Vicelegatis Bononiæ, & Ferrariæ iniungere valeatis, vt quamprimùm diuiſionem, & partitionem ſummæ taxatæ pro qualibet Communitate, & Vniuerſitate inter habentes intereſſe illius Territorij faciant, eamq; ad vos ſtatim tranſmittant, ad effectum, vt ſi conformem viſitationi factæ dictorum Territoriorum, & abſque grauamine eſſe compertum fuerit, vos exactionem illarum reſpectiuè committere valeatis: hanc autem diuiſionem, & partitionem iuxtà viſitationem, & plantam terrenorum, quę aquarum impedimento in dictis Territorijs ſubiectæ ſunt, fieri pariter volumus, & mandamus, excepta tamen illa parte Territorii Rauennatenſ. quæ ob diuerſionem Fluminis Lamonis inundata reperta eſt, quæ cum communionem cum Flumine Padi non habeat in hac partitione cõprehendi non debet. Ac prætereà circa taxarum huiuſmodi exactionem Communitatibus, Vniuerſitatibus prædictis opportunum fauorem, & auxilium, etiam brachij ſæcularis exhibendi, &

exhi-

exhibendi, & faciendi: Contradictores quoſcumque opportunis iuris, & facti remedijs appellatione poſtpoſita compeſcendi, necnon omnia, & ſingula præmiſſo, & circa præmiſſum exſiccationis negotium gerendi, & faciendi, quæ neceſſaria Iudicaueritis, & opportuna, facultatẽ tribuimus, & impartimur. Non obſtantibus quibuſuis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiam Mari magno, ac quarumcunque Ciuitatum, Terrarum, & Locorum, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conuentuum, & Locorum piorum, etiam Iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Ciuitatibus, Terris, & Locis, earumq; Communitatibus, Vniuerſitatibus, & hominibus, necnon Eccleſijs, Monaſteriis, Domibus, Conuentibus, Locis pijs, eorumque Superioribus, & Religioſis, ac etiam S. R. E Cardinalibus, etiam de latere Legatis, eorumque Vicelegatis; & quibuſuis alijs perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis; ac irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dũtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Dat. Romæ apud S Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die ſeptima Auguſti 1606. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Scipio Cobellutius.

BREVE

B R E V E

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

P A V L I Q V I N T I.

Conceſſum

COMMVNITATI FERRARIÆ,

De vno quadrante ſuper vnaquaque libra carnis exigendo, in ſolutione fructuum Montis Sixti pro Bonificatione facienda erecti.

PAVLVS PAPA V.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

EXIGIT paſtoralis officij noſtri debitum, vt Ciuitatum, & locorum noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ ditioni temporali ſubiectorum, neceſsitatibus minori quo fieri poreſt, ſubdirorum noſtrorum gtauamine ſubueniamus. Cum itaq. aliàs Mons Sixtus vacabilis pro bonificatione facienda in Statu Ferrarien. Bononien. & Romandiolæ erectus fuerit, & pecuniæ quibus Creditoribus ipſius Monris ſatisfiat, deſint. Nos ſupplicationibus dilectorum filiorum Magiſtratus, ac Communitatis, & Hominum Ferrarien. nobis humiliter porrectis inclinati, Vnam gebellam donec Mons prædictus pro rata Ciuitatem Ferrarien. tangente, extinguatur, duraturam, vnius quattrini pro qualiber libra carnis, ex nunc deinceps tempore huiuſmodi durante in dicta Ciuitare, & eius toto diſtrictu, Territorio, & Comitatu, vendenda, quæ non

ſolùm

ſolùm à laicis quibuſcumque, quàtumuis priuilegiatis, ſed & omnibus, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis, tam ſecularibus, quàm quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Congregationum, & Societatum, necnon Hoſpitalium etiam S. Ioannis Hieroſolymitani, & Militiarum regularibus, quantumuis exemptis, & ſimiliter priuilegiatis, ac in Conſtit. fel: rec: Pij Papæ V. Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, *Dum ad vberes*, explicitè comprehenſis perſolui debeat, etiam ſi duret adhuc facultas exigen. alium quattrinum pro qualibet huiuſmodi libra carnis, ad fauorem Montis Pietatis dictæ Ciuitatis, imponimus; Omnes autem, & ſingulas pecuniarum quantitates ex dicta gabella quatrini carnis quomodolibet exigendas, in ſolutionem fructuum dicti Montis Sixti, & eiuſdem Montis extinctionem, & non alios vſus conuerti volumus. Decernentes impoſitionem gabellæ huiuſmodi, quoad dictus Mõs Sixtus pro rata prædictam Ciuitatem tangente, extinctus fuerit, tantum durare debere, & interim omnes, & quoſcumque tam Laicos, quàm Eccleſiaſticos ſeculares, & regulares prædictos, vt priũ, & aliàs quomodolibet priuilegiatos, & exemptos ad ſolutionem gabellæ huiuſmodi omninò teneri, & obligatos eſſe, nec ſe ab ea prætextu, aut vigore quorumcunque priuilegiorum, & indultorum etiam à Sede prædicta ſub quibuſuis verborum expreſsionibus, & formis emanatorum, etiam in viridi obſeruantia exiſtentium, liberos, immuneſq. dicere, aut aliàs quomodolibet tueri, aut præſeruare poſſe, ſed ad eãdem ſolutioneẽ omnibus opportunis iuris, & facti remedijs, etiã inuitos, & reclamãtes, omni, & quacũque appellatione remota cogi, & cõpelli poſſe, & debere, præſentesq; noſtras literas ex quouis capite, vel cauſa, de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, annullari, vel inualidari, ſeu in ius, vel controuerſiam vocari nullatenus poſſe, ſed illas validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſq. plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus ad quos ſpectat, & ſpectare poterit in futurum firmiter, & inuiolabiliter obſeruari, & adimpleri. Sicque & non aliter per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Vicelegatos ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicañ. & interpretañ. facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in dicta Ciuitate de latere

Legato,

Legato, necnon eius Vicelegato per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Magiſtratus, ac Communitatis, & Hominum prædictorum deſuper fuerint requiſiti, ſolẽniter publicantes, illisq́. in præmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes, faciant auctoritate noſtra, eaſdem præſentes, & in eis contenta, quæcunque per quoslibet dictæ Cameræ Officiales, & Commiſſarios firmiter obſeruari: Non permittentes eoſdem Magiſtratum, Communitatem, & Homines deſuper à quocumque indebitè moleſtari, perturbari, vel aliàs quomodolibet impediri; Contradictores auctoritate noſtra Apoſtolica appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſsibus, ſententias, cenſuras, & pœnas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis. Non obſtañ ſingulis præmiſsis, ac piæ me: Bonifacij Papæ VIII. Prædeceſſoris Noſtri de vna, & Concilij generalis de duabus diętis, dummodò vel tres diętas, aliquis auctoritate præſentium, ad iudicium non trahatur, necnon prædicta Pij Quinti, & alia recolendę memorię Pij Papæ Quarti ſimiliter Prędeceſſoris noſtri de gratiis, & conceſſionibus intereſſe dictę Camerę quomodolibet concernentibus in eadem intra certum ibi expreſſum tempus pręſentandis, & regiſtrandis, ita quòd Magiſtratus, & Communitas, & homines prędicti ad id non teneantur, & tamen pręſentes valeant, & illis ſuffragentur, aliisque quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Ciuitatis Ferrarienſis, ac locorum totius eius diſtrictus, Territorij, & Comitatus, & Ordinum, Congregationum, Societatum, Hoſpitalium, & Militiarum, quorum Regulares prędicti fuerint etiam Iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, legibus, ſtabilimentis, vſibus, & naturis, conſuetudinibus, ac prędictis, & quibuſuis aliis priuilegiis Indultis, & litteris Apoſtolicis, eidem Ciuitati Ferrarienſi, & locis, aut perſonis totius diſtrictus, Territorii, & Comitatus, ac dilectis Filiis Clero, & Populo eiuſdem, necnon ordinibus Congregationibus, & Societatibus, & Militiis prædictis, eorumq́; Superioribus, & præſertim Hoſpitalium, & Militiarum huiuſmodi Magiſtris, Conuentibus, Militibus, aliisque perſonis prædictis, ſub quibuſcunque tenoris, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibusque & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, & ex

certa

certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam conſiſtorialiter, & aliàs in contrarium etiam iteratis vicibus, quomodolibet conceſſis, approbatis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, & ſi pro ſufficienti eorum derogatione, de illis, eorumq; totis tenoribus, ſpecialis ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores, decreta, ac datas, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo, & forma in eis tradita obſeruata inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

Dat. Tuſculi, ſub Annulo Piſcatoris, die iij. Octobris 1608. Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Scipio Cobellutius.

Retro, I. Sauenier.

BREVE

Sanctiſs. Domini Noſtri Papæ

PAVLI QVINTI.

Super

DACIO TRANSITVS

Piſcium Traghetti.

PAVLVS PAPA V.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

CVM ſicut accepimus antequam Communitas, & Ducatus Ferrarienſ. ad Sedem Apoſtolicam deuoluerentur. Dilecti Filij Vniuerſitas, & Homines Terræ Noſtræ Argentæ, ac alijs Mercatores Gabellam Piſcium, ac aliarum mercium, quæ ad dictam Terram deferebantur, vel inde alio extra dictum Ducatum exportabantur in quodam loco Traghetto nuncupato, ſoluere ſoliti eſſent, & ſubinde Ciuitate, & Ducatu prædictis ad dictam Sedem deuolutis, Dilectus Filius Noſter Petrus titul. Sanctorum Ioannis, & Pauli, Presbyter Cardinalis Aldobrandinus nuncupatus, qui tunc in eiſdem Ciuitate, & Ducatu munere Legati de Latere fungebatur conceſſerit, quod Mercatores, & alij, qui ex dicta Terra Argentæ, & illius Territorio, ac Riperia fili piſces, & alias merces extraherent, aut illuc aliundè adueherent ad ſolutionem Gabellarum, Datiorum, aut aliorum Regalium, præterquàm in ijs locis, & Terris, per quæ iter facerent minimè tenerentur, eſſet-

que

que propterea Mercatoribus, & alijs prædictis liberum iter eis benè viſum diligere abſque eo, quod Exactores Gabellarum, & Datiorum in locis, per quæ iter non facerent quicquam exigere, aut prætendere poſſent, non obſtante vſu, aut quacunque conſuetudine in contrarium. Et poſteà ferè, Clemens Papa Octauus Prædeceſſor Noſter, per ſuas in ſimili forma Breuis expeditas litteras, ſub Dat. die vigeſima ſexta Iulij, milleſimo ſexcenteſimo octauo, Motu ſuo proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine inter alia conceſſionem huiuſmodi, necnon extinctionem Datiorum, & Gabellarum in dicta Terra tempore Dominij bonæ memoriæ Ducum Eſtenſium exigi ſolitarum, & gratias, ac alia per dictum Petrum Cardinalem Legatum eiſdem Vniuerſitati, & Hominibus indulta, & elargita confirmauerit, eoque prætextu Vniuerſitas, & Homines, ac Mercatores, & alii prædicti piſces, Oſtrea, & alia huiuſmodi ad dictum locum, vel inde alio extra Ducatum prædictum deferentes non amplius per dictum locum Traghetti, prout antea ſolitum erat, iterfaciant. Verùm alio diuertentes, & Gabellam non ſoluentes iura Cameræ Noſtræ Apoſtolicæ debita eludant in non modicum ipſius Cameræ præiudicium. Cumque ſicut etiam accepimus lis, & cauſa ſuper validitate, ſeu inualiditate, aut interpretatione conceſſionis, & liberationis à ſolutione Gabellarum, & Datiorum huiuſmodi, & illarum confirmationis, ac aliis forſan rebus in Camera Noſtra Apoſtolica, coram Dilecto Filio Magiſtro Hieronymo Vidono in Vtraque Signatura Noſtra Referendario, & Cameræ prædictæ Præſidente, Clerico in ſecunda, ſeu alia inſtantia per viam appellationis à quodam Decreto vim definitiuæ ſententiæ forſan habente per Dilectum etiam Filium Noſtrum Herculem Vaccarium in vtraque Signatura Noſtra pariter Referendarium, ac dicti Petri Cardinalis Auditorem facto, indeciſè pendeant. Nos Iura Cameræ Noſtræ prædictæ quomodolibet, debita, prout æquum eſt, omninò illæſa eſſe volentes, ac conceſſionis, immunitatis, ſeu extinctionis, & litterarum prædictarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes. Motu ſimili, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas lites, cauſas, quæſtiones, & controuerſias, tàm coram prædicto Hieronymo, quàm coram quibuſuis alijs Iudicibus in quacunque inſtantia occaſione præmiſſorum quomodolibet, vbicunque, & qualitercumque motas, pendentes, & inſtructas in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus reperiuntur ad Nos harum ſerie auocamus, penitusque

nitusque extinguimus, caſſamus, tollimus, & annullamus, ac dictis Vniuerſitati, & Hominibus, omnibusque alijs in præmiſſis intereſſe quomodolibet prætenden. perpetuum deſuper ſilentium imponimus. Inſuper motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus earumdem præſentium tenore perpetuò decernimus, & declaramus, quod Vniuerſitas, & Homines prædicti, ac Mercatores, ac quicunque alij, qui piſces, oſtrea, & alia huiuſmodi ad dictam Terram Argentæ, & illius Territorium, ac Riperiam Fili ex quocunque loco adduxerint, vel inde alio detulerint Gabellam, Datia, ac alia Regalia in dicto loco Traghetti eo prorsùs modo, quo ante conceſſionem extinctionis, ſeu immunitatis, ac confirmationem prædictas ſoluebant, ſoluere omninò debeant, & teneantur, præſentesque litteras noſtras, etiam ex eo, quod ad Vniuerſitas, & Homines prædicti, ac alij forſan intereſſe habentes vocari non fuerint, nec præmiſſis conſenſerint, vel ex quibuſuis alijs cauſis de ſubreptionis, vel obreptione, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quouis alio defectu notari, impugnari, infringi, vel eis in aliquo derogari nullatenùs vmquam poſſe, ſed illas ſemper, & perpetuò validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuosque pleniores, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, quos concernunt in futurum inuiolabiliter obſeruari debere: ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcunque Iudices, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & Cameræ prædictæ Præſidentes, Clericos, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & interpretari debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quocunque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari ſimiliter decernimus. Non obſtante conceſſione, ſeu extinctione, ac confirmatoriis literis, necnon regula noſtra de non tollendo Iure quæſito, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Priuilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis, eidem Vniuerſitati, & Hominibus, ac aliis prædictis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis Clauſulis, & Decretis præmiſſorum, forſan occaſione, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda foret, tenores huiuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice, ſpecialiter, & expreſſè motu, ſcientia,

& po-

& poteſtatis plenitudine ſimilibus pleniſſimè derogamus. Cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die vigeſimanona Decembris, Milleſimo ſexcenteſimo nono, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Scipio Cobellutius.

Digitized by Google

BREVE

Sanctiſsimi Domini Noſtri

PAVLI PAPAE QVINTI.

Quo
LICENTIA, ET FACVLTAS

Padi Ferrariæ, ac Volani nuncupatos alueos excauandi, eiſq; Scultennæ, vulgò Panariæ, & Canalis Mutinenſis, introducendi, ſeu reducendi aquas Ferrarienſibus conceditur.

PAVLVS PAPA V.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

EX Paſtoralis officij noſtri debito, quæ pro ſubditorũ noſtrorum commoditatibus, ac tranquillitate, & quiete, præſertim S. R. E. Card. iuſſu noſtro rebus maturè diſcuſſis prudenter ordinata, & decreta fuerunt, vt perpetui muniminis robore fulciatur ijs libenter adijcimus Apoſt. cõfirmationis firmitatem. Cum itaque ſicut ex relatione Venerabilium Fratrũ Noſtrorum S.R.E Cardinalium aquarum Ferrariæ, Bononiæ, Romandiolę prępoſitorum cognouimus ſuper licentia infraſcripta cõcedenda re à Nobis illis diligenrer examinanda, & conſideran. ſpecialiter demandata partibus infraſcriptis auditis, & maturè omnibus perpenſis, & diſcuſſis ordinandum, & decernen. cenſuerint, vt ſequitur, videlicet, Petentibus Ferrarien. ſibi indulgeri, vt expurgato alueo quo aliàs Padus Ferrariæ nuncupatus fluebat. Scultennæ vulgò Panariæ, ac Canalis Mutinen. aquas iuxta mœnia eiuſdem Ciuitatis reducere, & exinde ad Mare per Volani alueum transmittere poſſint, atque affirmantibus hoc opus, quid de Padi per eundẽ

alueum

garli la conceſſione di dette impoſitioni, ò datij *per altri dieci anni ſuſſequenti* tanto più che della detta impoſitione, ò datio della Punta d'Ariano non ſe ne caua d'affitto ſe non mille, ò mille doicento ſcudi in circa l'anno, & non hauendo potuto con li ſudetti doi datij, ò impoſitioni eſtinguere il debito delli ſcudi ventimila hauuti da loro per fare la detta eſcauatione, detta Communità è ſtata sforzata adoſſarſeli come proprij in grandiſsimo ſuo pregiuditio, e danno habbiamo deliberato gratificarli nella loro domanda, & farli anco in queſto ſpecial fauore, & gratia: Onde hauendo per dedotto, eſpreſſo, & ſpecificato à ſofficienza le rendite, & prouenti di dette impoſitioni, & datij con ogn'altra coſa neceſſaria ad eſprimerſi con la preſente di certa ſcienza, & pienezza della podeſtà noſtra vi ordiniamo che in nome noſtro, & della noſtra Camera eſtendiate, & proroghiate, ſi come Noi anco con queſta proroghiamo, & eſtendiamo la conceſsione ſudetta fatta alla predetta Communità delli detti doi datij, ò impoſitioni per altri anni dieci da incominciarſi ſubito che ſarà ſpirato il tempo delli diciaſette anni che hora corrono, & finiranno all'vltimo del meſe di Settembre dell'anno 1617. & da finite all'vltimo del meſe di Settembre del l'anno 1627. nell'iſteſſo modo, & forma che le godono, & riſcuotono al preſente, con queſto che ſpirati, & finiti che ſaranno li detti dieci anni li ſudetti datij, & impoſitioni ſpetrino, & ſiano liberi della noſtra Camera, & che detta Communità ſia tenuta, & obligata *durante tanto li cinque anni, che reſtano delli dieciſette anni ſudetti, quanto anco per gli altri dieci anni della preſente conceſſione*, preſentare, è conſegnare *ogn'anno nella noſtra Camera di Ferrara nella Vigilia, ò Feſta de' Santi Pietro, e Paolo Apoſtoli vna candela di cera bianca lauorata d'vn oncia, con eſprimere che ſi conſegna, & preſenta per cauſa della ſudetta, & preſente conceſſione, con eſprimere anco il tempo che l'iſteſſa conceſſione dura ſotto pena di deuolutione, & caducità, & altre pene c*ontenute nella Bolla publicata dalla ſanta mem. di Gregorio XIII. ſuper ſolutione cenſuum: Sopra di che ne ſpedirete à fauore di detta Communità le patenti neceſſarie, & opportune, con le predette, & altre clauſule che à voi più pareranno, & piaceranno, che tale è mente, & volontà noſtra eſpreſſa, & Noi d'adeſſo per quando dette patenti ſaranno ſpedite le confirmiamo, conualidiamo, & approuiamo in tutto, & per tutto ſuplendo con l'auttorità noſtra tutti li defetti, che vi fuſſero in qualunque modo interuenuti, ò poteſſero ſcoprirueſi, benche foſſero tali, che per ſanarli biſognaſſe farne eſpreſſa, & indiuidua mentione. Vo-

 lendo

lendo di più, & decretando, che contro la preſente non ſi poſſa dare, nè dire de *ſubreptione. obreptione*, ò difetto della noſtra volontà, & intentione; ma che ſempre, & in ogni tempo inſieme con le patenti, che ſpedirete vaglino, & habbino forza, eſſecutione, & vigore, *etiam* ſenza che ſiano ammeſſe, & regiſtrate in Camera, & nelli ſuoi libri, & che ſecondo il tenore di queſta, & delle patenti, che ſpedirete debba da qualſiuoglia Giudice ordinario, & delegato, *etiam* Cardinali Legati de latere, & della noſtra Camera, & Camerlengo Teſoriere, Chierici, Preſidenti, Commiſſario, & altri Camerali, & ogni altro a chi ſpetta, o puole ſpettare per l'auuenire eſſer giudicato, oſſeruato, & adempito con la clauſula *ſublata*, &c. & decreto irritante. Non oſtante le coſe predette, le Conſtitutioni, ò Bolle di Pio Quarto, ſimilmente noſtro predeceſſore, de *regiſtrandis*, & *ſuper reformatione Cameræ*, & qualunque altre Conſtitutioni, & ordinationi Apoſtoliche, *etiam de rebus Eccleſiæ & Cameræ non alienandis*, decreti, *etiam* conciſtoriali regole, *etiam* di Cancellaria, ſtatuti, vſi, ſtili, & conſuetudini, & ogn'altra coſa, che faceſſe in qualunque modo in contrario, à quali tutte, & ſingole, ancorche haueſſero decreti, & clauſule inſolite, & derogatorie, di derogatorie, & per loro derogatione biſognaſſe farne eſpreſſa, & indiuidua mentione, hauendo nientedimeno il loro tenore per eſpreſſo, & inſerto per queſta volta ſola deroghiamo. Dat. nel Noſtro Palazzo di Monte Cauallo li 29. d'Agoſto, 1612.

PAVLVS PAPA V. Nos eiuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri mandata, vt tenemur exequi, ac debitæ executioni demandare. Vobiſque etiam, & dictæ Communitati veſtræ, ſpecialem gratiam facere volentes, & intendentes auctoritate noſtri officij, ac in executione, & vigore ſupradicti chirographi præinſerti, & iuxta illius formam continentiam, & tenorem conceſſionem de duobus datijs, & impoſitionibus latiùs in præinſerto chirographo expreſſis, & ſpecificatis. & *Vno della Galera*, ac alio *della Punta d'Arriano*, vulgò reſpectiuè nuncupatis ad Communitatis veſtræ fauorem per fel. recor. Clementem Papam Octauum ad annos decem, & ſeptem, die prima Menſis Octobris anni Domini, milleſimi ſexcenteſimi inceptos, & per totũ menſem Septẽb. anni Dñi milleſimi ſexcenteſi decimiſeptimi finiendos factam ad alios ſubſequentes decem annos, die prima mẽſis Octobris eiuſdem anni milleſimi ſexcenteſimi decimiſeptimi incipiendos, & per totum menſem Septembris anni Domini, milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi ſeptimi finiendos modis, & formis, quibus datia prædicta de præſenti exigetis, ac

obri-

obtinetis, & ſeu nomine veſtro exigi curatis, aliasque præter in dicto chirographo, & iuxta illius diſpoſitionem in omnibus, & per omnia extendimus, & prorogamus, extenſamque, & prorogatam ad decennium præd ctum declaramus, & pronunciamus, cum hoc tamen quod vltimo dictis decem annis elapſis, & terminatis impoſitiones, & datia prædicta libera ſint, & eſſe debeant Cameræ Apoſtolicæ, ac ad ipſam Cameram ſpectent, & pertineant ſicuti etiã dict. S.D.N. in chirographo prædicto eſſe, & ſpectare voluit, & declarauit: Quocirca Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Dom. modernum, & pro tempore exiſtentem Ciuitatis, & Ducatus Ferrariæ Legatum, attentè in Domino hortamur, atque rogamus Reuerendis verò Patribus Dominis Vicelegatis, eorumque, & cuiuslibet ipſorum Locumtenentibus, & Auditoribus, cæterisque officialibus, etiam Cameralibus; & iuſtitiæ Miniſtris quouis nomine nuncupatis, ſeu nuncupandis ſub duorum millium ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applicandorum mandati executiui pro illis, alijsque pœnis ſtrictè præcipiendo mandamus, quatenùs Vobis, Communitatisque veſtræ in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes præſentes noſtras, contentaque in antedicto præinſerto chirographo iuxta illius tenorem firmiter, & inuiolabiliter obſeruent, & faciant ab omnibus, & quibuſcunque, ad quos ſpectat obſeruari, vosque, dictamque Communitatem veſtram, effectu præſentium pacificè vti, frui, potiri, & gaudere. Non audentes, neque permittentes Vos, Communitatemque veſtram de & conceſſione, & extenſione, cæterisque antedictis in dicto chirographo contentis, & expreſsis à quocunque quouis ſub prætextu moleſtari, inquietari, perturbari, vel impediri, Non obſtantibus omnibus, & ſingulis. quæ idem Sanctiſs. D. N. in eodem chirographo voluit non obſtare. Volumus autem, atque ſimili auctoritate decernimus, quod Communitas antedicta, tàm veteri conceſſione, quàm etiam præſenti noua prorogatione, & extenſione reſpectiuè durãtibus teneatur, & obligata exiſtat, annis ſingulis in Vigil. ſeu feſt. SS. Apoſt. Petri, & Pauli tradere, & cõſignare eidem Cam. in dicta Ciuitate Ferrariæ vnciam vnam ceræ albæ laboratæ, enunciando, & exprimendo in conſignatione eius nomine, vt præfertur facienda conſignationem, & traditionem ceræ huiuſmodi fieri ex cauſa conceſſionis, & prorogationis ſupradictarum, ac etiam tempus ſuper extans eiuſdem conceſſionis, ſub caducitatis commodo, & beneficio conceſſionis prædictæ, & alijs in conſtitutione per ſanctæ memoriæ Gregorium Decimumtertium, ſuper ſolutio

tio

tione cenſuum ædita contentis, & expreſſis pœnis. In quorum omnium, & ſingulorum fidem præſentes fieri, & per infraſcriptum noſtrum, & Cameræ Apoſtolicæ Notarium ſubſcribi, ſigilliq́ue noſtri, quo in talibus vtimur, iuſſimus, & fecimus appenſione muniri.

Datum Romæ, in Ædibus Noſtris, ſub anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo duodecimo, indictione decima, die verò decima menſis Septembris, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Pauli Papæ Quinti, Anno Octauo.

I. Card. Serra Prothes.

Lucas de Carolis.

BREVE

BREVE

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

PAVLI QVINTI.

Quo declarat

OMNES LAICAS PERSONAS

Exemptas ad Cloacarum conſeruationem, & expurgationem teneri concurrere.

PAVLVS PAPA V.

Dilecti Filij Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CVM SICVT VESTRO NOMINE NOBIS nuper expoſitum fuit, expurgatio, & conſeruatio Cloacarum Dozzæ, Vulgò nuncupatarum Ciuitatis noſtræ Ferrarienſis pro ipſius Ciuitatis vtilitate, commoditate, & aeris ſalubritate omninò neceſſariæ ſint, in hoc autem maiores expenſæ, quàm quæ à ſæcularibus, & non priuilegiatis ipſius ciuitatis incolis prçſtari poſſint faciendæ ſint. Nos conſiderantes cloacarum huiuſmodi expurgationem, & manutentionem generalem totius Ciuitatis vtilitatem reſpicere, ſupplicationibus veſtro nomine nobis humiliter porrectis inclinati; omnes, & ſingulas Eccleſiaſticas perſonas in dicta Ciuitate commorando, & conſiſtendo in dicta Ciuitate, domos, Palatia, aut alia Vrbana prædia poſſidendo, ad conferendum, & contribuendũ proportionabiliter, & non alias, prout Laici, non priuilegiati in conſeruationem, & expurgationem prædictas teneri, & obligatos eſſe Apoſtolica auctoritate tenore præſentium declaramus. Decernẽtes eaſdem priuilegiatas perſonas in præmiſſis cõtribuere recuſantes ad id, oportunis iuris, & facti remedijs cogi, &

pelli

pelli poſſe, ac præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque de ſubreptioni, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio quocunque defectu etiam ex eo, quod priuilegiatæ perſonæ huiuſmodi, & alii in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes, audiri, vocati, vel citati non fuerint, vel quauis alia cauſa, & occaſione notari, impugnari, annullari, limitari, in ius, vel controuerſiam reuocari, ad terminos iuris reduci, aut aduerſus illa quodcunque iuris, vel facti remedium impetrari nullatenus poſſe, ſicque, & non aliter per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quocunque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attêrari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, priuilegijs quoque facultatibus, & indultis, quibuſuis perſonis quomodolibet priuilegiatis in genere, vel in ſpecie per Nos, ſeu Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, Sedemque, & Cameram Apoſtolicam ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, & ſub quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, alijsque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibusque, & alijs decretis etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, ſpecialis, ſpecifica, & ad verbum expreſſa mentio, ſeu quauis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenore huiuſmodi præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die decimaquarta Martij, Milleſimo ſexcenteſimo decimotertio, Pontificatus Noſtri Anno Octauo.

Scipio Cobellutius.

BREVE

BREVE
Sanctiſsimi Domini Noſtri
PAVLI PAPAE QVINTI.
Vt omnes, & Singulæ
ECCLESIASTICÆ PERSONÆ
Tàm Sæculares, quàm cuiuſcunque Ordinis exemptæ contribuere, prout Laici, ad Cloacarum conſeruationem, & expurgationem, teneantur.

PAVLVS PAPA V.

Dilecti Filij Noſtri Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CVM SICVT Veſtro Nomine Nobis Nuper expoſitum fuit, expurgatio, & conſeruatio Cloacarum Dozzæ, Vulgò nuncupatarum Ciuitatis noſtræ Ferrarienſis pro ipſius Ciuitatis vtilitate, commoditate, & aeris ſalubritate omninò neceſſariæ ſint, in hoc autem maiores expenſæ, quàm quæ à ſæcularibus, & non priuilegiatis ipſius ciuitatis incolis pręſtari poſſint facienda ſint. Nos conſiderantes etiam cloacarum huiuſmodi expurgationem, & manutentionem generalem totius Ciuitatis vtilitatem reſpicere, ſupplicationibus veſtro nomine nobis humiliter porrectis inclinati; omnes, & ſingulas Ecleſiaſticas perſonas tàm Sæculares, quàm cuiuſcunque Ordinis etiam exempras, & Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubiecti, etiam Mendicantium Regulares Domus, ac Monaſteria vtriuſque ſexu Eccleſiarum, Capitula, & Conuentus in dicta Ciuitate commorando, & conſiſtendo ad conferen-

ferendum, & contribuendū proportionabiliter, & non alias, prout Laici, in conſeruationem, & expurgationem prædictas teneri, & obligatos eſſe, non tamen ratione Eccleſiarum, & Oratoriorum, ac aliorum locorum, in quibus Diuina Officia celebiantur, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium declaramus. Decernentes quod omnes, & ſinguli Eccleſiaſtici prædicti in præmiſſis contribuere recuſantes, opportuni iuris, & facti remedijs, cum auctoritate tamen, & mandato nunc, & pro tempore exiſtentis in dicta Ciuitate Sedi Apoſtolicæ de Latere Legati, ſeu eius Vicelegati ad eadem compelli poſſint, & debeant, & non aliàs, præſentes verò litteras, & in eis contenta quæcunque de ſubreptioni, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio quocunque defectu etiam ex eo, quod in præmiſſis perſonæ Eccleſiaſticæ, tàm Sæculares, quàm Regulares prædictæ, & alii in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes, audiri, vocati, vel citati non fuerint, vel quauis alia cauſa, & occaſione notari, impugnari, annullari, limitari, in ius, vel controuerſiam reuocari, ad terminos iuris reduci, aut aduerſus illa quodcunque iuris, vel facti remedium impetrari nullatenus poſſe, ſicque, & non aliter per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos iudicari, & diffiniri debere, ac irritum & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, alijſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, priuilegijs quoque indultis, & facultatibus maiori, & Collegiatis, alijſque Eccleſiis, & Monaſterijs tàm virorum, quàm mulierum dictæ Ciuitatis, eorumque Superioribus, & perſonis, necnon Ordinibus, & Congregationibus Regularium in genere, vel in ſpecie per N s, ſeu Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, Sedemque, & Cameram Apoſtolicam ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis etiam Marimagno, & ſub quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenore ſpeciali ſpecifica, & ad verbum expreſſa mentio, ſeu quæuis expreſſio habenda foret, tenore huiuſmodi præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ad effectum


præſen-

præſentium ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

Volumus autem, quod repartitionibus, & taxis facien. expenſarum pro expurgatione, & conſeruatione huiuſmodi pro temporefacien. Idem Cardinalis Legatus, ſeu eius Vicelegatus interueniat, & Eccleſiaſtici prædicti, ſeu eorum Deputati omninò vocari debeant.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die tertia Aprilis, Millesimo ſexcenteſimo decimotertio, Pontificatus Noſtri Anno Octauo.

Scipio Cobellutius.



Digitized by Google

BREVE
Sanctiſsimi Domini Noſtri
CLEMENTIS
PAPÆ VIII.
Super Bonis ingredientium Monaſteria, quoad præteritum tempus.

Vnà cum declaratione eiuſdem Breuis facta ex mandato Sanctiſsimi Domini Noſtri

PAVLI PAPÆ V.

CLEMENS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

CVM ſicut exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Magiſtratus Ciuitatis noſtræ Ferrarień. antequam Ciuitas prædicta, & Ducatus Ferrarień. ad Nos, & Apoſt. Sedem deuolueretur, quodam eiuſdem Ciuitatis ſtatuto ſub rubr. De bonis ingredientium Monaſterium: his verbis cautum reperiretur, videlicet ſtatuimus, & obſeruari mandamus. Quod omnia bona, Iura, & actiones, etiam in ſpecie in bonis viuentis, & etiam ex vltima voluntate alterius volentis, & diſponentis ingredi aliquod Monaſterium, applicentur, & transferantur plenè, ac pleno iure in eum vel eos, qui ſucceſſuri erant ab inteſtato ipſi volenti ingredi Monaſterium, niſi tamen aliter fuerit, legitimè diſpoſitum ante profeſſionem per ipſum ingredientem. Cumq; ante huiuſmodi deuolutionem, vt accepimus ſtatutum prędictum ſemper

per in viridi obſeruantia fuerit, & ſi fortè de præterito ſuper inualiditate dicti ſtatuti controuerteretur, multæ lites inter Monaſteria, & loca regularia, ac particulares perſonas tam Ciuitatis, & diſtrictus, quàm etiam Terrarum, & locorum totius Ducatus, & Legationis Ferrariæ, ad quæ prædictum ſtatutum extendebatur ſuſcitarentur. Ad quas, euitandas, & pro Ciuitatis, & Ducatus prædictorum quiete, Magiſtratus prædicti Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt de opportuno remedio prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Magiſtratum huiuſmodi ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à Iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutam fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ac ex certa noſtra ſcientia, & mera deliberatione, vigore præſentium Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, & ordinamus, ac decernimus. Quòd tam in Ciuitate, quàm in quibuſcunque Terris, & locis Ciuitatis, & Ducatus, ac Legationis Ferrarien. ad quæ ſtatutum prædictum extendebatur, nulla perſona Regularis, neque Monaſterium, ſeu locus regularis cuiuſuis ordinis, vel inſtituti, in quibus huiuſmodi perſonæ regulares ante deuolutionem Ciuitatis, & Ducatus prædictorum ad Nos, & Sedem prædictam receptæ fuerint, & profeſſionem emiſerint, ſub prætextu inualiditatis dicti ſtatuti, cui quoad præteritum tempus prædictum duntaxat, non autem quoad futurum Nos nullatenus derogatum fuiſſe declaramus, eorum conſanguineos, & coniunctos, ad quos vigore dicti ſtatuti bona ipſorum Regularium ab inteſtato deuenerunt, aliquo modo ſuper ipſis bonis moleſtare, perturbare, vel inquietare, ſeu etiam contra eos via iuris agere valeant. Decernentes nullum Ius, nullamque actionem ſuper dictis bonis prędictis Religioſis ante deuolutionem prædictam profeſſis competijſſe, neque cõpetere ſicque, & non aliter per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores in quauis cauſa, & inſtantia iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis præſertim in fauorem Regularium quorumcunq; in genere, vel in ſpecie, ac quibuſcunque priuilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſuis tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis

in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis; eorum tenores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die ſecunda Decembris, Milleſimo quingenteſimo nonageſimonono, Pontificatus Noſtri Anno Octauo.

M. Veſtrius Barbianus.

Die ſeptima Februarij M. DC. Præſens Breue in Camera Apoſtolica præſentatum fuit, & die vigeſimaprima eiuſdem, Camera ipſa, citato priùs Illuſtr. D. Commiſſario Generali Cameræ Apoſtol. Referente Reuerendiſs. Dom. Hieronymo Serlupio dictæ Cameræ Clerico, & Iudice deputato illud admiſit, & in eiuſdem Cameræ libris regiſtrari mandauit, prout regiſtratum fuit, ſcilicet lib. 2. Signaturæ Sanctiſs. D. N. fol. 205. penès me infraſcriptum dictæ Cameræ Notarium.

Demophoon Ferrinus.

A TERGO.

All'Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo Sign. mio Oſſeruandiſsimo il Sig. Cardin. Spinola Legato di Ferrara.

INTVS

INTVS VERO.

ILLVTRISSIMO,
Et Reuerendiſsimo Signor mio Oſſeruandiſsimo.

INSTANDO la Città di Ferrara preſſo Noſtro Signore per la dechiarazione del Breue conceſſo da Clemente Ottauo ſanta memoria, à fauore di eſſa Città ſopra li beni, & ſucceſſioni delli Profeſſi nelle Religioni, per ouuiare à varie liti, & controuerſie, che ſopra dette ſucceſſioni naſcono trà molti Cittadini, & le Religioni, la Santità Sua ſi è compiaceiuta far vedere il negozio ad alcuni Auditori di Rota, i quali ſono venuti in parere, che la vera intelligenza di detto Breue ſia, che Papa Clemente habbia voluto, che lo ſtatuto, che ſi oſſeruaua à tempo de i Duchi, ancorche nullo, & inualido, come contro la libertà Eccleſiaſtica, non s'intenda derogato, riſpetto alle ſucceſſioni delli profeſſi di dette Religioni auanti la deuoluzione dello Stato di Ferrara alla Sede Apoſtolica, tanto per le ſucceſſioni peruenute di quel tempo alli detti profeſſi, quanto per quelle, che ſono peruenute poi, & alla giornata peruenitranno, purche ſi tratti di Religioſo profeſſo auanti detta deuoluzione; Hauendo però commandato Sua Beatitudine, che io di ciò dia parte à Voſtra Sig. Illuſtriſſima, affinche reſti ſeruita, ordinare, che ſi ſerui la preſente riſoluzione, e ſi camini in tal conformità, eſſequiſca con queſta il ſanto ſuo comandamento, & à Voſtra Signoria Illuſtriſſima, bacio per fine con ogni riuerenza le mani, Di Roma li 4. Aprile 1615.

Di V. Sig. Illuſtriſſ. & Reuerendiſs.

Humiliſſimo Seruitore.

Il Card. Borgheſe.

LOCVS ✠ SIGNI.

EGO Horatius Smeraldus filius quondam Domini Iuliani Apoſtolica, & Imperiali auctoritatibus Notarius publicus, & Ciuis Ferrarienſis, ac Actuarius Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Spinolæ Ferrariæ Legati, &c. De eius mandato, & commiſſione, copiam ſupraſcriptarum litterarum ex originali proprio extrahi feci, quam cum eo (facta auſcultatione) concordare inueni, Ideòq; in fidem hic me ſubſcripſi ſigno, & nomine, meis ſolitis requiſitus hoc Anno M. DC. XV. Indictione xiij. die xxiij. Menſis Aprilis. Pontificatus Sanctiſſimi Domini Noſtri Pauli Papæ Quinti, Anno Decimo, &c.

BREVE
Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ
PAVLI QVINTI.
Erectionis
HOSPITALIS PAVPERVM
Mendicantium in Ciuitate Ferrariæ.

Cum Eleemoſynarum, quæ oſtiatim Pauperibus Mendicantibus erogari ſolebant aſsignatione.

PAVLVS PAPA V.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ILLIVS, qui omnia chariſmatum dona larga manu diffundit; vices nullis licet meritis ſuffulti gerentes in terris ad ea per quæ hoſpitalium præſertim pauperum mendicantium, & aliorum piorum locorum inſtitutioni, & charitatis operum in illis exercitio, diuiniq. numinis cultui, & animarum ſaluti conſulitur, ſollicitudinis noſtræ partes libenter intendimus, prout conſpicimus ſalubriter in Domino expedire. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filij Communitatis, & homines Ciuitatis noſtræ Ferrarien. quod ipſi pietate Chriſtiana, & erga pauperes mendicantes charitatis zelo ducti, vnum hoſpitale pro ijſdem pauperibus mendicantibus in prædicta Ciuitate, per Nos erigi ſummoperè deſiderant, Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, vt eorum votis annuere, aliaſq. deſuper opportunè vt infra prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui charitatis opera vbique locorum vigere ſincero deſideramus affectu, Communitatem, & homines prædictos ſpecia-

libus

Digitized by Google

libus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq. Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtexat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati; In prædicta Ciuitate, & ędibus ad effectum huiuſmodi deputatis, ſeu deputandis, vnum hoſpitale, in quo omnes vera, & non ficta mendicitate pauperes arbitrio Officialium eiuſdem Hoſpitalis pro tempore exiſtentium admitti, hoſpitari, ali, & ſuſtentari debeant, ſine alicuius præiudicio Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò erigimus, & inſtituimus, ac eidem Hoſpitali ſic erecto, & inſtituto pro eius manutentione, onerumq; ei incumbentium ſupportatione, omnes, & ſingulas diurnas, hebdomadales, menſtruales, & annuas eleemoſinas pauperibus mendicantibus oſtiatim per nonnulla Monaſteria, loca pia, domoſq́ue Nobilium, ſeu Ciuium dictæ Ciuitatis, ſiue ex anteceſſorum Legato, vel voto, ſiue ex alia quauis inſtitutione, ordinatione, vel obligatione erogari ſolitas concedimus, & aſſignamus, ac Adminiſtratoribus dicti Hoſpitalis, & pro illius proſpera directione, quæcunque ſtatuta, capitula, & decreta neceſſaria, & opportuna, ac Sacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis non contraria per Ordinarium loci tamen examinanda, & approbanda facere, & edere, & illa pro tempore, prout eis videbitur, & expediens fuerit, præuia tamen examinatione, & approbatione huiuſmodi mutare, alterare, corrigere, & in meliùs reformare, liberè, & licitè valeant, auctoritate, & tenore prædictis facultatem concedimus, & impartimur. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; in contrariũ facientibus quibuſcunque.

Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die vigeſima ſeptima Februarij, M. DC. XVI. Pontificatus Noſtri Anno Vndecimo.

Scipio Cobellutius.

BREVE

CHIROGRAPHVM
Sanctiſs. Domini Noſtri Papæ
PAVLI QVINTI.
Qvo
VLTRA ELEEMOSINAS
Per Monaſteria, Loca Pia, & aliàs erogari, etiam omnes per Sindicum pauperum colligi, & diſtribui ſolitas.

HOSPITALI MENDICANTIVM
Ciuitatis Ferrariæ perpetuò concedit.

PAVLVS PAPA V.
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ALIAS pro parte dilectorum filiorum Communitatis,& hominum Ciuitatis noſtræ Ferrarien. Nobis expoſito, quod ipſi pietate Chriſtiana, & erga pauperes Mendicantes charitatis zelo ducti vnum Hoſpitale pro iiſdem pauperibus mendicantibus in prædicta Ciuitate per Nos erigi ſummopere deſiderabant. Nos ſupplicationibus dictorum Communitatis, & Hominum Nobis tunc ſuper hoc humiliter porrectis inclinati: In prædicta Ciuitate, & ædibus ad effectum huiuſmodi deputatis, ſeu deputandis vnum Hoſpitale, in quo omnes vera, & non ficta mendicitate pauperes arbitrio officialium eiuſdem Hoſpi-

talis

Digitized by Google

talis pro tempore exiſtentium admitti hoſpitari, ali, & ſuſtentari deberent ſine alicuius præiudicio Apoſtolica auctoritate ereximus, & inſtituimus, ac eidem hoſpitali ſic erecto, & inſtituto pro eius manutentione, onerumq; ei incumbentium ſupportatione omnes, & ſingulas diurnas hebdomadales, menſtruales, & annuas eleemoſinas pauperibus mendicantibus oſtiatim per nonnulla Monaſteria, loca pia, domosque nobilium, ſeu ciuium dictæ Ciuitatis, ſiue ex anteceſſorum legato, vel voto, ſiue ex alia quauis inſtitutione, ordinatione, vel obligatione erogari ſolitas conceſsimus, & aſsignauimus, & aliàs prout in noſtris in ſimili forma breuis ſub die vigeſimaſeptima Februarij proxime præteriti deſuper expeditis literis pleniùs continentur. Nos hoſpitalis prædicti commodis quantum cum Domino poſſumus peramplius prouidere volentes, ac literarum prædictarum tenore præſentibus prò ſufficienter expreſsis habentes, ſupplicationibus Communitatis, & hominum prædictorum Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati. Omnes etiam, & ſingulas eleemoſinas per ſyndicum pauperum ad hoc in prædicta Ciuitate deputatum colligi, & diſtribui ſolitas quæ ad pauperum victum, & veſtitum dumtaxat relictæ, & ſaluis alijs oneribus ſi quę eleemoſinis relictis huiuſmodi annexa ſunt, quibus ad eiuſdem hoſpitalis Adminiſtratoribus ſatis fieri debeat, eidem hoſpitali pro faciliori onerum ei incumbentium ſupportatione Apoſtolica auctoritate prædicta tenore præſentium ſimiliter perpetuò concedimus, & aſsignamus, prædictumq; ſyndici pauperum officium perpetuò ſupprimimus, & extinguimus, illudq; ſic extinctum, & ſuppreſſum eidem hoſpitali, ita quod liceat illius Adminiſtratoribus de eleemoſinis prędictis iuxta præſentium literarum tenore, & non àliàs diſponere, etiam perpetuò vnimus, annectimus, & incorporamus.

Decernentes eaſdem præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, prædictiſque Adminiſtratoribus in omnibus, & per omnia ſuffragari debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper ijs à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Mandantes propterea omnibus, & ſingulis Dilectis Filijs Magiſtratibus Ciuitatis prædictæ, alijsuè quibuſuis perſonis, ad quos ſpectat, aut ſpectare poterit quomodolibet in futurum, quatenus ipſis Adminiſtratoribus, quoties pro illorum parte fuerint requiſiti de opportunæ defenſionis præſidio aſſiſtentes, illos ſuper præmiſſis nullatenus à quoquam perturbari, moleſtari, vel inquietari permittant.

Decer-

Decernentes pariter irritum, & inane, ſi ſecus ſuper ijs à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in dictis litteris voluimus non obſtare, cæteriſq; ie contrarijs quibuſcunque.

Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, die vltima Augusti, Milleſimo ſexcenteſimo decimo ſexto, Pontificatus Noſtri Anno Duodecimo.

S. Cobellutius.

SAN-

Digitized by Google

SANCTISSIMI

In Chriſto Patris, & Domini Noſtri

PAVLI PAPAE QVINTI.

Bulla, & Apoſt. Conſtitut.

Qua ſtatuta, & conceſſa per Summum Pontif. Bonifacium IX. circa Iura Eccleſiarum de nouo confirmantur, ampliantur, ac alia multa quoad Decimas, & Iura prædicta conceduntur.

Coram Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo D.

CARD. SERRA LEGATO, &c.

Exhibitæ fuerunt Litteræ Apoſtolicæ introſcriptæ, die vltima Aprilis 1620.

Hieronymus Paulinus Notarius.

IN CHRISTI NOMINE AMEN.

ANNO à Natiuitate eiuſdem Domini Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo, Indictione tertia, die verò vltima Menſis Aprilis, Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D. N. D. Pauli Diuina Prouidentia Papæ Quinti, Anno Decimoquinto. Pro Illuſtriſſima Communitate Ferrariæ, Comparuit coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Iacobo Serra S. R. E. Presbytero Cardinali tit. S. Mariæ de Pace, in Ciuitate, & Ducatu Ferrariæ de La-

tere

Digitized by Google

tere Legato, &c. Illuſtr. Admodum, & Excellens D. Horatius Nigriſolius dictæ Illuſtriſſimæ Communitatis Sindicus,& Procurator, & expoſuit, atque inſtetit, ac alia geſſit, de quibus, & prout in inſtantia, quam exhibuit tenore ſubſequentis, videlicet. Coram vobis Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Iacobo tit. S. Mariæ de Pace, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali Serra de latere Legato Ferrariæ, ac infraſcriptarum Litterarum Apoſtolicarum Executore, comparuit Horatius Nigriſolius Cauſidicus Ferrarien. Sindicus, & Procurator Illuſtriſſimæ Communitatis Ferrariæ, vt apparet ex mādato ad infraſcripta ſpeciali in eius perſonam facto, rogitu Domini Ioannis à Monet sub die vigeſimanona Aprilis 1620. Quod actualiter exhibuit animo illud rehabendi, eoque vſus fuit, & vtitur; Dominationique Veſtræ Illuſtriſſimæ exhibuit, & præſentauit Bullam, Conſtitutiones, & ſeu Litteras Apoſtolicas Sanctiſſimi Domini Noſtri Pauli Diuina Prouidentia Papæ Quinti conceſſas, & conceſſam Communi, & Populo Ferrariæ, ſub Dat. Romæ apud Sāctam Mariam Maiorem duodecimo Kalendas Septembris, in carta pergamina conſcriptas, quibus appoſitum eſt ſignum plumbeum cordali canapis accommodatum, integras, ſanas, non vitiatas, nec abolitas, aut in aliqua ſui parte cancellatas, omnique vitio carentes, ea intentione ipſas rehabendi, inſtetitque per D. V. Illuſtriſſimam mandari ipſas Litteras Apoſtolicas, & quæcunque in eis contenta ſolemniter publicari, & pro earum publicatione eas imprimi, & impreſſas apponi in volumine Statutorum Ferrariæ, ad finem, vt ad totius Populi, & Vniuerſitatis notitiam deueniant, & vt in futurum perpetuis futuris temporibus, vti lex Pontificia ab omnibus, & quibuſcunque in eis nominatis inuiolabiliter obſeruentur. Petens prædicta nedum modo prædicto, ſed & omni alio meliori.

Tenor Mandati Procura, de quo ſupra habetur mentio, eſt qui ſequitur, nempè Mandatum Illuſtriſsima Communitatis Ferraria in Illuſtrem, & Excellentem Dominum Horatium Nigriſolium.

IN CHRISTI NOMINE AMEN.

ANNO eiuſdem Natiuitatis Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo nono, Menſis Aprilis, FERRARIÆ, In Officio Sapientum Illuſtriſſimæ Communitatis, & in Camerono ſolitæ re-

tæ reſidentiæ infraſcripti Illuſtriſſimi Domini Iudicis, & Magiſtratus Sapientum, præſentibus Teſtibus vocatis, & rogatis, ſpectabilibus Dominis Ioanne Baptiſta Philippio, & Alexandro Naſellio Ciuibus, ac Cauſidicis Ferrariæ, ac alijs. Conuocati, & in loco prædicto, vt moris eſt, congregati infraſcripti Illuſtriſſimi Domini, Dominus Comes Aloyſius Montecucculus Iudex Sapientum, Ioannes Paulus Carpius Iuris vtriuſque Doctor, Ioannes Baptiſta Bertazzolus, Hieronymus Burdochius, Claudius Rondonus, Gaſpar Bellaia, Antonius Maria Gillinus, Ioannes Maria Vendeghinus, & Antonius Cecchinus Mercator. Omnes tamen Sapientes Illuſttiſſimi Magiſtratus in valido, & ſufficienti numero congregati, qui ſponte, & ex certa eorum, & cuiuslibet ipſorum animorum ſcientia, & omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & meliùs, ac validiùs facere potuerunt, & poſſunt, non reuocando propter hoc aliquem alium dictæ Illuſtriſſimæ Communitatis Procuratorem, ſed potiùs confirmando, fecerunt, creanerunt, & conſtituerunt dictæ Illuſtriſſimæ Communitatis Actorem, Factorem, Procuratorem ſpecialem Illuſtriſſimi, & Excellentiſsimi Domini Horatium Nigriſolium Iuris peritum, & Sindicum Illuſtriſſimæ Communitatis prædictæ ſpecialiter, & expreſſè ad comparendum coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Iacobo Titul. Sanctæ Mariæ de Pace Cardinali Serra, in Ciuitate Ferrariæ Legato, Executore Litterarum Apoſtolicarum emanatarum à Sanctiſſimo Domino Noſtro Paulo Diuina prouidentia Papæ Quinti, ad fauorem, & beneficium Populi, & Communis Ferrariæ, ſub Dat. Romæ, apud Sanctam Mariam Maiorem, Anno milleſimo ſexcenteſimo decimonono, duodecimo Kalendas Septembris, eaſque exhibendum D. S. Illuſtriſſimæ, ab eaque petendum, & obtinendum publicationem ſolemnem dictarum Litterarnm Apoſtolicarum, & omnium in eis contentorum, & Mandatum de eas pro earum publicatione imprimi faciendum, & impreſſas in publicum exponendum, ac in volumine Statutorum Ferrariæ apponendum, ad finem, vt futuris perpetuis temporibus quibuſcunque innoteſcant, & à quibuſcunque in eis nominatis inuiolabiliter vti lex Pontificia obſeruentur.

Et generaliter ad omnia alia, &c. ſuper prædictis faciendum, &c. dantes, &c. promittentes, &c. & volentes, &c. ſub hypotheca, & obligatione omnium, & ſingulorum bonorum eiuſdem Illuſtr. Communitatis bonorum præſentium, & futurorum, cum proteſtatione

tamen

tamen priùs præmiſſa per dictos Illuſtriſſimos Dominos, quòd de eorũ proprio in aliquo minimè teneri volunt, &c. Mandantes, &c.

Ego Ioannes à Monetis Notarius publicus Ferrarienſis, necnon, & Notarius Illuſtriſſimæ Communitatis de prædictis rogatus. In quorum fidem me ſubſcripſi, & ſolito ſigno ſignaui.

Loco ✠ Signi.

Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo, Indictione tertia, die decimanona Aprilis, Regiſtratum fuit hoc præſens Inſtrumentum in libro Memorialis ſecundi ſemeſtris 1620. ad car. 115. per me Ariſtarcum Chiarellum Not. dicti Memorialis. In quorum fidem hic me ſubſcripſi, ſignumque appoſui conſuetum.

Locus ✠ Signi.

Qui Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Card. Serra, &c. Litteras prædictas benignè recepit, ipſiſq; viſis, lectis, & maturè conſideratis, cognoſcens inſtantiam, vt ſupra, nomine Communis, & Populi Ferrariæ factam eſſe iuſtam, & rationabilem eam admiſit, & in executionem Mandatorum Sanctiſſimi D. N. Pauli Diuina Prouidentia Papæ Quinti, decreuit, atque mandauit eaſdem litteras, & quæcunque in eis contenta ſolemniter publicari, & pro earum ſolemni publicatione eaſdem imprimi, & impreſſis in publicum exponi, ac in Statutorum Ferrariæ volumine apponi, futuriſq; temporibus vti legem Pontificiam ab omnibus, & quibuſcũque in eiſdem litteris nominatis inuiolabiliter iuxta perita obſeruari, hæcque nedùm modo prædicto, ſed, & omni alio meliori.

Ego Hieronymus Paulinus quon. Franciſci filius Ciuis Ferrarienſis, publicus Apoſtolica auctoritate Notarius in Archiuio Romanæ Curiæ, ac Illuſtr. Collegio DD. Notariorum Ferrarienſium deſcriptus, & de præſenti vnus ex Actuarijs Auditorij Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Cardinalis Serræ Ferrariæ Legati, &c. De inſtantia, decreto, & alijs prædictis rogatus me ſubſcripſi, ſignumque meum appoſui in fidem requiſitus.

Loco ✠ Signi.

ILLVSTRISSIMORVM DD. Iudicis, ac Sapientum Magiſtratus, & Adiunctorum Nomina, necnon Aduocati, & & Sindici Illuſtriſsimæ Communitatis, ſub quibus expedita, & ædita eſt præſens Bulla.

ALOYSIVS MONTECVCCVLVS Comes, &c. ac Iudex Sapientum.
Io: Paulus Carpius I. V. D. & Aduocatus.
Io: Baptiſta Bertazzolus.
Hieronymus Bordocchius.
Claudius Rondonus.
Gaſpar Bellaia.
Antonius Maria Gillinus.
Io: Maria Vendeghinus.
Nicola Franchinus. } Mercat.
Antonius Cechinus. }

ADIVNCTI.

Cæſar Calcagninus Marchio, &c.
Aloyſius Roſſettus Comes, &c.

Horatius Nigriſolius Sindicus.

PAVLVS

PAVLVS EPISCOPVS
Seruus Seruorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

DECET Romanum Pontificem, ex Paſtoralis officij ſibi Diuina diſpoſitione commiſſi debito, circa Ciuitatum, locorum, ac Populorum ſuæ curæ, ac fidei creditorum, præſertim Sanctæ Romanæ Eccleſiæ temporali ditioni ſubditorum fęlicem, ac perpetuum ſtatum propenſis ſtudijs intendere, & quæ pro illis in pacis, & tranquillitatis dulcedine confouendis, diſſidiorumque, contentionum, & litigiorum inter eos, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Piorum locorum Prælatos, Rectores, Adminiſtratores, & Miniſtros, ſæpenumerò exoriri ſolitorum, fomentis, diſpendijs, ac incommodis de medio ſubmouendis, & auertendis per Prædeceſſores ſuos prouidè ſtatuta, & ordinata fuerunt, vt firma, & illibata perpetuò ſubſiſtant, nec temporis ſucceſſu labefactentur, aut in reciduæ contentionis ſcrupulos relabantur, ſuæ approbationis, ac etiam innouationis robore communire, ac aliàs eiuſdem Paſtoralis officij partes fauorabiliter interponere, prout locorum, perſonarum, & rerum qualitatibus, & circumſtantijs maturè perpenſis conſpicit in Domino ſalubriter expedire: Dudum ſiquidem à fęlicis recordationis Bonifacio Papa Nono Prædeceſſore noſtro emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis.

BONIFACIVS EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

DVM intra pectoris noſtri arcana reuoluimus diligentis, & inuiolabilis deuotionis, & fidei puritatem, quam Dilecti filij, Nobilis Vir Albertus Marchio Eſtenſis in noſtra Ciuitate Ferrarienſi, & eius Diſtrictu, ac Comitatu, & Territorio pro Nobis, & Romana Eccleſia Vicarius in temporalibus Generalis, necnon, & Populus, & Commune dictæ Ciuitatis inter ceteros ſubditos, & fideles noſtros, & eiuſdem Eccleſiæ ad Nos, & Romanam Eccleſiam gerunt, ac etiam grandia labores, expenſas, & onera, quæ ſæpius ipſos ob honorem, & ſtatum proſperum eiuſdem Eccleſiæ ſubijſse cognoſcimus: necnon & alia multifaria grata, & accepta ſeruitia, quæ Nobis, & eidem Eccleſiæ laudabiliter, & conſtanter hactenus inpenderunt, & exhibituros pro firmo credimus in futurum, meritò inducimur, vt petitionibus ipſorum, illis præſertim per quos eorum Status pacis amenitate frui, & melius dirigi valeat, quantum cum Deo poſsumus, fauorabiliter annuamus. Dudum ſi quidem pro parte Marchionis, & Communis præfatorum Nobis expoſito, Quòd cum plerique ex eiſdem Populo, & Communi à diuerſis Cathedralibus, & alijs Eccleſijs, necnon Prælatis, & alijs perſonis Eccleſiaſticis Eccleſiarum huiuſmodi Ciuitatis, Comitatus, & Diſtrictus, ac Territorij prædictorum eſsent inueſtiti do pluribus feudis, & bonis ſtabilibus ſub diuerſis generibus, & ſpeciebus: videlicet, aliqui Iure feudi ad vſum Regni: aliqui ad vitam eorum, necnon aliqui pro ſe, filijs, & nepotibus ſuis: quidam verò Iure liuelli, ſiue Precarij: alij Iure Emphyteotico, & nonnulli Iure Vſus, & aliqui eorum pro ſe, & ſuis ſucceſsoribus, quos dumtaxat in morte eligerent, & diuerſis alijs conditionibus, & formis, ſoluente tamen quolibet eorum quolibet anno aliquam recogni-

Digitized by Google

cognitionem, ſiue cenſum nomine Feudi, renouare debente certo tempore huiuſmodi Feudum, Inueſtituram, & Emphyteoſim, ſeu locationem, & quòd propter Prelatorum Cathedralium Eccleſiarum, & Monaſteriorum, nec non, & Eccleſiarum, ac aliorum Piorum locorum à quibus feuda tenebantur, eadem Rectorum crebras immutationes, ac ipſorum etiam ſic inueſtientium indebitam exactionem cenſus huiuſmodi, nec non, & nouas inueſtituras de Feudis, & bonis antedictis multa litigia, rancores, & odia hactenus orta fuerunt, prout oriebantur inter Populum prædictum, & habitatores Ciuitatis eiuſdem; ex eo præſertim, quia ſæpè per Feudatarios, & inueſtitos huiuſmodi, ſeu eorum ſucceſſores inueſtituræ, atque cenſus prędicti prædictis Prælatis, & Rectoribus, quandoque verò verſa vice per prædictos Prælatos, & Rectores huiuſmodi ſolutiones factæ huiuſmodi cenſus vt plurimum negabantur; vel forte Minores, & Infantes penitus facta in his ante defunctorum quibus ſuccederent, ſiue ſucceſſerant ignorantes, ſolutiones huiuſmodi eſſe factas probare non poterant. Nonnulli verò ipſorum morte præuenti, ſucceſſores quos in morte, iuxta contractuum formam eligere poterant, non elegerant: & aliquorum nomine Eccleſiarum inueſtientium huiuſmodi multoties etiam poteſtas denegabatur, & de facili procuratorium probari non poterat, propter quæ nonnunquam Prælati, & Rectores Eccleſiarum prædicti res, bona, & Iura, vel quaſi ſic ab Eccleſiis per eos habita, alios, vt de rebus recaduris contra veritatem, & Iuris debitum inueſtierant, & ipſorum Eccleſiarum Prælati, & Rectores nomine capſoldi aliquando tertiam, aliquando ſextam, aliquando decimam partem veri pretij, cum de Iure Quinquageſima vix ſolui deberet de Feudis, & bonis eiſdem pro Inueſtitura habenda eorumdem receperant ipſiq. Prælati, & Rectores in multis alijs frequenter oppreſſerant ſic inueſtitos, ſeu hæredes eorum, ex quibus quidem oppreſſionibus, rancores, iurgia, & litigia oriebantur, adeò quòd cædes etiam hominum ſępius fuerant exindè conſecutæ, & multa alia mala (vt timebantur) poterant exindè veriſsimilitèr exoriri, niſi ſuper hoc per Sedem Apoſtolicam prouideretur. Et pro parte Marchionis, Populi, & Communis prædictorum Nobis humiliter ſupplicato, vt dictarum Eccleſiarum, & locorum, nec non Prælatorum, & Rectorum, ac illorum, quibus huiuſmodi Feuda taliter conceſsa extiterant bono ſtatui, & aliàs in præmiſsis prouidere ſalubriter dignaremur. Nos tunc de præmiſsis certam notitiam non habentes, Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Mutinenſi eius proprio nomine non

Digitized by Google

ne non expreſſo, per noſtras litteras mandauimus, vt de præmiſ-ſis omnibus, & ſingulis, & eorum circumſtantiis vniuerſis auctoritate Noſtra ſe diligentiùs informaret, & ea, quæ per huiuſmodi informationem reperiret, Nobis per ſuas patentes litteras manu publica ſubſcriptas, & ſuo ſigillo ſigillatas, dictarum noſtrarum litterarum ſeriem continentes, quantò citiùs referre curaret, vt per ſuam relationem huiuſmodi ſuper præmiſsis inſtructi in eis conſultiùs procedere valeremus, prout in ipſis litteris plenius continetur. Poſtmodum verò Venerabilis Frater Noſter Dionyſius Epiſcopus Mutinenſis ſuper his per eum plenaria informatione recepta, Nobis per ſuas litteras retulit omnia, & ſingula in prædicta expoſitione contenta fuiſſe, & eſſe vera.

Nos igitur relatione dicti Dionyſii Epiſcopi in his ſufficienter inſtructi, cupientes litigiis, rancoribus, odiis, cædibus, & aliis malis, quæ præmiſſorum occaſione veriſsimilitèr contingere poſ-ſent, ſalubritèr obuiare, Marchionis, Populi, & Communis prædictorum in hac parte ſupplicationibus inclinati, Auctoritate Apoſtolica præſentium tenore ſtatuimus, concedimus, ac etiam ordinamus, quòd de cętero, tàm huiuſmodi, quàm alia bona ſtabilia, & Feuda quæcumque in Ciuitate, Comitatu, Diſtrictu, & Territorio prædictis conſiſtentia, quæ etiam ab aliis quibuſcumque Eccleſiis, quàm prædictis etiam Metropolitanis Cathedralibus, & aliis Eccleſiis, ac piis locis, aliarum partium, ſeu Diœceſum quarumcunque per particulares homines, ſeu Incolas ex eiſdem Populo, & Communi recognoſcuntur, ac tenentur propter canonem non ſolutum, & ſeruitium non impenſatum, aut inueſtituram debitis temporibus non petitam, vel ſucceſsorum electionem non factam, in commiſſum non cadant, nec ad Dominos deuoluantur, niſi in caſu infraſcripto.

Et quod venditioni, donationi, dationi in ſolutum, legato, teſtamento, & codicillis, permutationi, obligationi, hyppothecæ, & aliis quibuſcunmque licitis alienationem contractibus inter viuos, & ex cauſa mortis, quoad vtile dominium dumtaxat, ſint ſubiecta. Ita tamen, quòd vtile dominium ipſorum iurium vſualium, & reliquorum ſupradictorum penes quoſcumque legitimos poſſeſſores, aut eos qui illis ex teſtamento, codicillis, vel ab inteſtato ſuccedent, etiam ſi defunctus fuerit inteſtabilis, aut eos, in quos dictum vtile dominium per huiuſmodi legitimos poſſeſſores per venditionem, donationem, dationem in ſolutum legatum, teſtamentum, vel codicillos, aut alia quacumque vltima voluntate, et quouis alienationis contractu, et ab inteſtato, vt

ſupra,

ſupra, tranſlatum fuerit, ſuper quo, & quibus poſseſsores ipſi liberam habeant poteſtatem, ſaluum maneat, & illæſum, Iure tamen directi dominij Prælatis, Rectoribus, Eccleſijs, Monaſteriis, & aliis locis prędictis ſemper ſaluo. Sic tamen, quòd de huiuſmodi vtili dominio tranſlatio, donatio, aut alienatio, vel legata in loca, vel perſonas de iure prohibitas fieri non debeant, nec poſsint, & facta penitus viribus non ſubſiſtant.

Quòd ſi inteſtatus aliquis dictorum poſſeſſorum deceſſerit, etiã ſi fuerit inteſtabilis, tunc in bonis illis ſuccedat quilibet, qui de Iure communi ab inteſtato ipſi defuncto ſuccederet, ſublata differentia ſexus, agnationis, & cognationis, niſi eſſet filius, & filia, qui ad ſucceſsionem Patris ab inteſtato concurrerent: quo caſu ſuccedat maſculus excluſa fœmina, dotanda tamen ſufficienter, ſi priùs dotata non fuerit.

Et quòd nunc inueſtiti præfati, & eorum ſucceſſores, in quos huiuſmodi vtile dominium tranſlatum fuerit, vt præfertur, ratione poſſeſſionum, quæ ſub annuo cenſu, vel certa præſtatione ab ipſis Prælatis, ac Rectoribus, & piis locis teneantur, vltra ſolitum annuum cenſum, ſeu præſtationem de cætero ſoluant decem ſolidos Ferrarinorum Dominis bonorum, & Feudorum huiuſmodi annuatim: quem cenſum, ſeu canonem, aut præſtationem, & ſolidos decem ſi non ſoluerint, pro qualibet annua ceſſatione incidant in pœnam dupli Eccleſiis, Monaſteriis, & locis prædictis applicandi: quæ tamen præſtatio dictorum decem ſolidorum vltrà ſolitum annuum cenſum, locum non habeat in iuribus vſualibus, nec in prædiis ſoluentibus annuatim decimam, ſeptimam, ſextam, quintam, vel quartam partem, aut aliquam certam quotam fructuum: cum de ſui natura ſatìs grauata exiſtant, quocq; ipſi nunc inueſtiti, & poſseſsores bonorum ipſorum intra annum a Data pręſentium computandum, & illi qui eis in huiuſmodi bonis, & feudis ex aliquo præfatorum contractuum, vel ſucceſsionum, aut aliàs, vt præfertur, iuxta naturam bonorum, & Feudorum, ac formam, & conditionem ſupradictæ noſtræ conceſsionis legitimè ſuccedent, intra annum à die tranſlationis vtilis dominii in eis factæ ex aliquo ex modis ſupradictis, nouas recognitiones, & Inueſtituras petere, & recipere, & ipſi Domini directi, ſeu eorum Procuratores, & Syndici de bonis, & Feudis huiuſmodi inueſtituram eis fieri requirentes inueſtire ſint aſtricti.

Pro qua quidem qualibet inueſtitura, vt præfertur, facienda, ipſi nunc inueſtiti, & poſseſsores prædicti viginti ſolidos dictæ Monetæ; alii verò non inueſtiti, & in dictis bonis, vt præfertur, ſuc-

cedentes

cedentes ex aliquo ſupradictorum caſuum, vigeſimam partem iuſti pretii bonorum, de quibus noua inueſtitura ipſa fiet, ſoluere teneantur. Exceptis Feudis tantùm pro quibus nomine huiuſmodi inueſtituræ nunc inueſtiti, & poſſeſſores prædictorum Feudorum dictos viginti ſolidos, alii verò non inueſtiti, & in bonis eis ſuccedentes vt præfertur, ſextam partem veri pretii eorum dumtaxat ſoluere ſint aſtricti. Et ſi tales recognitiones, & inueſtituras non petierint, & non receperint intra dictum annum, vt præfertur, ſinguli negligentes pœnam decem librarum prædictæ Monetę Dominis perſoluendam incurrant eo ipſo.

Et ſi forſan recognitiones, & inueſtituras eaſdem per vnum menſem vltra annum prædictum petere, & recipere non curauerint, ipſo facto cadant ab omni iure ſuo, ac prædicta bona, & feuda ad ipſos Dominos directos liberè deuoluantur.

Hoc adiecto, quòd ipſi Domini de bonis, & feudis huiuſmodi ſic ad eos deuolutis, alium ſubiectum iuriſdictioni Ciuitatis Ferrarienſis dumtaxat ſub ſolitò cenſu, aut præſtatione, vel canone, ſeu ſeruitio, cum additione decem ſolidorum dictæ monetæ ſoluendorum, vltrà hactenus conſuetum canonem, præſtationem, vel ſeruitium, & cum alijs ſupradictis oneribus, & ordinationibus noſtris huiuſmodi inueſtire teneantur omnimodè. Conſtitutionibus Apoſtolicis, & legibus Imperialibus, & conſuetudinibus, ac alijs contrarijs quibuſcunque. Ac decernimus ex nunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nonnulli ergò omninò hominũ liceat hanc paginam noſtrorum Statuti, conceſſionis, ordinationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Idibus Fabruarii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio, videlicet Tertiodecimo Februarij, Milleſimo tercenteſimo nonageſimo ſecundo.

Et deinde Venerabiles Fratres Noſtri Fráciſcus Sacratus Archiepiſcopus Damaſcenus, vnus ex cauſarum Palatij Apoſtolici Auditoribus officio fungens, & Alphonſus Giliolus Epiſcopus Anglonenſis, Collegij Noſtrorum, & Sedis Apoſtolicæ Notariorum de numero participantium, ac Conſultæ noſtræ Decanus, ac dilecti filii Comes Hyppolitus etiam Giliolus apud Nos pro Ciuitate Ferrarienſi Orator, necnon Marchio Franciſcus Villa Nobiles Ferrarienſes, tàm eorum, quàm dilectorum filiorum Vniuerſitatis, & Communitatis, ac Populi, & Incolarum Ciuitatis, & Territorij, ac Comitatus,

mitatus, & Diſtrictus Ferrarienſis nominibus, Nobis nuper exponi fecerunt. Quòd variæ lites, & controuerſiæ ſuper conceſsionibus in vim litterarum prædeceſsoris huiuſmodi, quæ etiam de præſenti in vſu exiſtunt, factis ortæ ſunt, & in futurum oriri formidantur. Quare Franciſcus Archiepiſcopus, & Alfonſus Epiſcopus, ac Hippolytus, nec non Franciſcus Villa prædicti, tàm eorum, quàm Vniuerſitatis, Communitatis, Populi, & Incolarum prædictorum nominibus, Nobis humilitèr ſupplicari fecerunt, quatenus litteras prædeceſsoris huiuſmodi, pro firmiori earum ſubſtantia, approbare, & confirmare, ac aliàs in pręmiſsis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur conſiderantes eximium deuotionis effectum, quem Franciſcus Archiepiſcopus, & Alfonſus Epiſcopus, ac Hippolytus, nec non Franciſcus Villa, & Vniuerſitas, Communitas, Populus, & Incolæ prædicti erga Nos, & Romanam gerunt Eccleſiam, & vt in pacis amenitate conſeruentur, & potati in præmiſſis quiete, & tranquillitate, ſemoto quocunque moleſtationis, ambiguitatis, ac litigiorum obſtaculo, pacificè perfruantur, literæq; prędeceſſoris huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta eo firmiùs obſeruentur, quò ſæpius Apoſtolico præſidio fuerint ſuffulta, in præmiſsis opportunè prouidere volentes, ipſoſq; Franciſcum Archiepiſcopum, & Alfonſum Epiſcopum, ac Hippolytum, nec non Franciſcum Villam, eorumque, ac Vniuerſitatis, Communitatis, Populi, & Incolarum huiuſmodi ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à Iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, poſterioribus ſupplicationibus huiuſmodi inclinati, litteras prædeceſſoris huiuſmodi Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus. Et nihilominus pro potioris cautellæ ſuffragio ea omnia ſingula ſic, vt præfertur, a prædicto prædeceſsore prouidè ſtatuta, & ordinata, de nouo; ac de verbo ad verbum ſtatuimus, & ordinamus.

Ac inſuper, vt ambiguitatis, & dubijs, quæ circa ſenſum, & intellectum verborum litterarum præfatarum deſuper oriri contigeret occurratur, ſtatuimus, & ordinamus.

Quòd ſi ſint plures res comprehenſæ in vna inueſtitura quocúque iure conceſsio facta ſit, & pro qualibet annuatim quid ſoluatur,

tur,

tur, aliter quàm per modum quotę, etiam ſi illę annuę ſolutiones diuerſis temporibus fiant, pro tali inueſtitura, vltra ſolitum capſoldum, ſeu laudemium viginti ſoldi Ferrarienſes tantùm ſoluantur, & pro annuis præſtationibus, ſeu canonibus ſecundum continentiam litterarum prædeceſsoris huiuſmodi faciendis, omnium rerum, & bonorum compręhenſorum in dicta conceſsione decem ſolidi ſimiles tantum ſoluantur.

Quodq. ſi in vna inueſtitura plures ſint inueſtiti de vna, vel pluribus rebus, pro quibus quid annuum non per modum quotæ, pro huiuſmodi inueſtitura ſolui debeat, vltra capſoldum prædictum ſoluatur idem, quod ſolueretur ſi conceſsio, & inueſtitura vni ſoli facta eſset.

Inſuper ſi quid annuum, ſoluatur pro vna re conceſsa, quod partìm conſiſtat in quota, & partìm in alio, non per modum quotæ, nihil pro canone annuo dictæ rei, præter ſolitum, ſoluantur.

Quodq. litteræ prædeceſſoris huiuſmodi, & in eis diſpoſita cōplectantur omnes conceſsiones, etiam iuratas ab Eccleſijs, vel pijs locis quibuſcumque in Ciuitate, & Legatione Ferrarienſi bona habentibus, vel habituris, etiam ſi Epiſcopales, Archiepiſcopales, vel Patriarchales exiſtant, etiam ſi pręfatæ Eccleſiæ, & Beneficia à Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus in Titulum, Adminiſtrationem, ſeu Commendam obtinerentur, non ſolùm antè, & poſt litterarum huiuſmodi vſque in tempus præſens factas, ſed etiam in poſterum, & quandocumque, legitimè tamen, & canonicè faciendas, quoquo titulo illas fieri contigerit, ſiue ſub nomine Feudi, ſiue Liuelli, aut Vſus, ſeu cuiuſcumque alterius contractus ad longum tempus, niſi expreſsè obſtent pacta Inueſtiturarum, quæ omninò obſeruari debere decernimus.

Præterea quòd etiam ſi in aliquo contractu, ſeu inſtrumento tàm expreſsè per contrahentes, quàm etiam enunciatiuè dicatur, aut enuntietur res, de qua, vel quibus fit contractus, ſeu inſtrumentum eſſe iuris, vel de iure alicuius Eccleſiæ, ſeu piæ cauſæ, vel pij loci, intelligatur fundata eſſe intentio cuiuslibet eorum vigore dictorum verborum, quibus res ipſa ſpectet, & pertineat iure directi Dominij ad Eccleſiam, ſeu piam cauſam, vel pium locum huiuſmodi in præiudicium ipſorum contrahentium, & cuiuslibet eorum, ac habentium cauſam ab ipſis, niſi per eos, vel alterum eorum probetur contrarium.

Quòdq. perſonæ inueſtitæ in quibuscumque conceſsionibus factis, per hæc verba, videlicet. Inueſtiuit pro ſe, ſuisq. filijs maſculis,

lis, & vna filia tantùm; vel, pro ſe, & ſuis deſcendentibus; ſeu, pro ſe, & vno ſucceſsore, quem elegerit; vel aliter quomodocumque ipſa conceſsio concepta ſit, illi tales in ea expreſsi, ſiue ſint legitimè nati, ſiue ſufficienter, & validè per Sedem Apoſtolicam legitimati intelligantur ipſo facto inueſtiri, & pro inueſtitis, quantùm ad hoc dumtaxat, vt nec ipſis, neque eorum aliquibus ſit neceſsarium petere inueſtituram à Prælatis, vel Rectoribus, ſeu alijs Conceſsoribus, nec aliquid aliud ſoluere pro inueſtitura, ſeu inueſtitutis, ſaluo ſemper iure eius, in cuius perſonam tunc reſidebit inueſtitura, pro libito diſponendi de ipſis bonis, ſecundùm renorem conceſsionis, ac litterarum prædeceſſoris huiuſmodi, & illo diſponente cæteri in ea compręhenſi prorſus intelligantur excluſi.

Inſuper vbi in conceſsionibus appoſita reperiantur illa verba huiuſmodi, ſeu clauſula iſta, videlicet, pro ſe, & filijs, ac pro illis perſonis, quæ de Iure, & ſecundùm formam, & conſuetudinem vſuum dictæ Ciuitatis Ferrarienſis ſuccedunt, & ſuccedere poſſunt in vſibus; hæres vniuerſalis excludat filios, & omnes compręhenſos in inueſtitura, quamuis etiam non fiat ſpecialis mentio in ipſa vniuerſali inſtitutione hæredis de prædictis bonis recognitis ab Eccleſia; ſaluo tamen iure legitimæ in prædictis bonis compręhenſæ, quibus debetur, niſi filijs, & alijs compręhenſis ſpecialitèr, & expreſsè talis vſus quouis titulo fuerit relictus; quo caſu, & non aliter, hæredem excludat.

Vlteriùs, quatenus fuerit hactenus obſeruatum, quòd bona huiuſmodi ſub confiſcationibus non cadant, decernimus, & mandamus, quòd re ab Eccleſia, vel pro loco recognita, aliquo caſu (præterquam crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, vel humanæ) confiſcari non poſsit; & in caſu præfatæ confiſcationis, Fiſcus bona confiſcata huiuſmodi intra annum tunc proximum vendere teneatur.

Præterea quòd inueſtitura ſub hac forma, pro ſe, & filijs, intelligatur compręhendere nepotes, vt non teneantur pręcisè inueſtiri, nec ſoluere capſoldum, ſecus ſi inueſtitura concepta eſset ſub hac forma; pro ſe, & filiis tantum, vel vſque ad alium gradum certum limitatum, & expreſsum, ſecundùm formam antiquarum inueſtiturarum, quibus caſibus prædicti hęredes non expreſsi debeant inueſtiri, & ſoluere capſoldum.

Quòdq. in qualibet inueſtitura concepta his verbis, videlicet, pro ſe, filijs, & hæredibus, ſiue pro ſe, & filiis hæredibus, aut pro ſe, & hæredibus, aſcendentes, & deſcendentes primi inueſtiti de agnatione vltimi inueſtiti, intelligantur compręhenſi in inueſti-

R tura

tuta, quoad omnem effectum; ſi hæredes fuerint. Si verò non fuerint hæredes, aut ſi non exiſtant eſcandentes, vel deſcendentes, tunc alij hæredes compræhenſi in inueſtitura intelligantur, vt inueſtiri debeant, ſed capſoldum debitum Domino directo ſoluere teneantur.

Quòdque verba illa litterarum Prædeceſſoris huiuſmodi, videlicet; Quod teneantur alium ſubiectum, intelligantur comprehendere alium proximiorem, aut alios proximiores, ſi pares fuerint in gradu, & eum, vel eos omninò inueſtiri oportere eiſdem modo, & forma, & ſub ea ſolutione, de quibus in eiſdem litteris Prædeceſſoris prædicti, ſoluto tamen capſoldo, iuxta formam litterarum Prædeceſſoris huiuſmodi.

Et quod illa verba, videlicet: Sic tamen quòd de huiuſmodi vtili dominio translatio, donatio, aut alienatio, vel legata in loca, vel perſonas de iure prohibitas fieri non debeant, & facta penitùs viribus non ſubſiſtant, intelligantur etiam reſpectu æſtimationis huiuſmodi rei, præterquàm in caſu confiſcationis modo, & forma ſuperiùs expreſsis.

Nec non quòd finita inueſtitura per lineam finitam, proximior inueſtiri poſſit, & debeat, ſecundùm formam antiquarum inueſtiturarum ſoluendo capſoldum. Et ſi recognoſcens rem ab Eccleſia legitimè alteri conceſſerit quocunque modo, vel titulo recognoſcenti; ab eodem capſoldum ſoluatur primo Domino directo, non ſecundo, aut recognoſcenti ab alio.

Et quòd filius non poſſit retinere bona recognita ab Eccleſia repudiata hæreditate patris, bonaque prædicta in generali fideicommiſſo compræhendantur, licèt ſpecialis mentio de illa facta non ſit.

Fideicommiſſarij tamen ſi non ſint de compræhenſis in inueſtitura, illam obtinere, & capſoldum ſoluere teneantur.

Ac quòd alienatio rei Eccleſiaſticæ facta per Emphiteutas Eccleſiæ ſit, & cenſeatur facta, etiam ſi per eoſdem Emphiteutas locatio ad tempus fiat, cum tali tamen pacto de renouando, per quod, vel Emphiteuta locans, ſeù conducens præcisè, & neceſſariò finito tempore relocare, & concedere teneatur, vel relocatio ex tunc finito tempore intelligatur. Quibus caſibus recipiens inueſtituram ab Eccleſia petere, & illi capſoldum ſecundùm formam pactorum in inueſtituris contentorum, ſoluere teneantur; & illis deficientibus, iuxta tenorem litterarum Prædeceſſoris huiuſmodi.

Secus

Secus ſi fuerit appoſitum pactum de appropriando in aliqua de prædictis conceſſionibus, præſumentes hoc caſu non videri tranſlatum vtile dominium, quòd concedens penès ſe retinere videtur, transferendum tempore, quo fiet appropriatio. Volumus tamen quòd huiuſmodi pactum de appropriando tempus quinquennii non excedat. Quódq; non poſſit fieri per Eccleſias, earumque Prælatos, & Rectores, ſed tantùm per Emphiteutas, quatenus tamen huiuſmodi pactum in prioribus inueſtituris ante triginta annos factis, & deinde obſeruatis non reperiatur.

Inſuper quòd alienatio non intelligatur facta, ſi res Eccleſiaſtica non tamen æſtimata, tali æſtimatione, quæ dominium transferat, fuerit data in dotem mulieris, in cuius perſona inueſtitura, vel res ipſa reſideet. Aut ſi data fuerit in dotem per quemcumque attinentem mulieris, quæ comprehenſa ſit in inueſtitura, quibus caſibus donec mulier vixerit eius maritus, aut ſocer inueſtituram petere, nec capſoldum ſoluere teneantur.

Neque etiam intelligatur facta alienatio, ſi fratres, aut alii in inueſtitura antiqua comprehenſi inter ſe diuidant, aut quoquomodo inter ſe alienent rem ipſam recognitam, aut res ipſas recognitas ab Eccleſia, aut in eis ſuccedat alteri, & ideò recipiens ſoluere capſoldum cogi nequeat, licèt compelli poſſit ad inueſtituram ſuſcipiendam pro parte in ſe denouo tranſlata.

Alienatio quoque non intelligatur facta, quoties vſusfructus, etiam integer, & plenus eſt conſtitutus in rebus ſuperiùs expreſſis, & ideò vſufructuarius, nec inueſtituram accipere, nec capſoldum ſoluere teneatur.

Et prædicta omnia, & ſingula ſuperiùs expreſſa intelligantur, dummodò tamen pacta, ad fauorem Eccleſiarum, & piorum locorum in inueſtituris, ſeu renouationibus expreſſa, non obſtent; quæ quidem pacta omninò, vt ſupra, ſeruari volumus; cum hoc tamen quòd in caſu reuerſionis bonorum, vſque ad hanc diem dumtaxat ab Eccleſia, ſiue ab Eccleſiis, & piis locis præfatis per tempus ante quadraginta annos conceſſorum, ipſa Eccleſia, ſiue Eccleſiæ, & loca pia huiuſmodi, Ciues, proximiores tamen, vt ſupra, iuxta formam antiquarum inueſtiturarum de nouo inueſtire teneantur.

Et inſuper ad conſulendum conſeruationi familiarum, præſertim Nobilium prædictæ Ciuitatis; quia litteræ prædeceſſoris huiuſmodi Decimas, ac ius decimandi non comprehendebant, neque comprehendunt; indulgemus, quòd decimarum conceſsiones, & inueſtituræ ante quadraginta annos dumtaxat conceſſæ, ac etiam

infra dictum tempus, quando ſunt antiquarum inueſtiturarum, & conceſſionum renouatoriæ, tàm ab Eccleſia Ferrarienſi, quàm Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis quibuſcunque, etiam eiuſdem S. R. E. Cardinalibus, vt ſupra factæ ad fauorem Ciuium prædictorum, de nouo fiant in fauorem eorumdem in præcedentibus conceſſionibus, & inueſtituris, ſeu renouationibus comprehenſorum; & aliorum etiam Ciuium, ab ipſis inueſtitis, ſeu renouatis mediatè, vel immediatè cauſam habentium, cum eiſdem tamen pactis præcedentium conceſſionum, & inueſtiturarum, ſeu renouationum, non tamen quoad ius decimandi, nec quoad decimas, quod & quæ numquam tranſeant in Laicos, ſed quoad ipſarum Decimarum emolumentum tantùm, de quo ipſi Laici teneantur infra biennium proximum accipere inueſtituras, ſeu renouationes prædictas ab Eccleſiaſticis Perſonis prædictis, qui, aucto tamen canone pro vtilitate Eccleſiarum, beneficiorum, & locorum piorum, arbitrio Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Prælatorum, & aliorum prædictorum, (dummodò tamen augmentum dicti canonis ſeptuageſimam partem fructuum bonorum, & emolumenti Decimarum, de quorum, & quarum conceſſione agitur non excedat, per noſtrum, & dictæ Sedis Legatum in Ciuitate Ferrarienſi pro tempore exiſtentem in caſu diſcordiæ manu Regia, omni, & quacunque appellatione remota, etiam non friuola liquidandorum) illas infra dictum tempus concedere debeant illis tamen Laicis dumtaxat, quibus ipſę Decimæ fuerant conceſſæ per inueſtituras ante quadraginta annos factas, vel etiam citra, pro renouatione tamen antiquarum inueſtiturarum conceſſas.

Et quatenus Canon, qui de præſenti ſoluitur, excederet eamdem ſeptuageſimam partem, tunc non poſſit augeri vltra tertiam partem dicti Canonis.

Et ſi aliquis per ſe, & etiam auctores ſuos poſsidens Decimas, ſiue bona à quadraginta annis citra per aliquam Eccleſiam, Monaſterium, vel alium pium locum non poſseſſa ſine inueſtitura, vel ſiue adnotatione in libro Deaceptorum reperiretur, poſsit quandocumque illam petere, & Eccleſia, Monaſterium, ſeu pius locus, vel alij prædicti teneantur concedere inueſtituram, quæ tamen debeat fieri iuxta formam litterarum Prædeceſsoris huiuſmodi.

Et prædictæ omnes renouationes, & conceſsiones fieri debeant abſque ſolutione Laudemij, ſeu Capſodi pro hac prima vice, non tamen in caſibus, in quibus, etiam ſi antiquæ fuiſſent validæ ob

lineam

lineam finitam, vel aliàs de iure eſsent accipiendæ inueſtituræ; ipſasque nouas conceſsiones, & renouationes, vt ſupra faciendas, poſtquam, vt præfertur, factæ fuerint, nec non antiquas inueſtituras, ſi quæ extant validæ, eiſdem prædeceſsoris huiuſmodi, necnon præſentibus litteris, (non tamen in illis caſibus, in quibus pacta ad fauorem Eccleſiarum, & piorum locorum in inueſtituris, ſeu renouationibus præcedentibus expreſsa, obſtant, quę omnino, vt ſupra, ſeruari volumus) ſubijcimus, & de cœtero (vt præfertur) etiam reſpectu decimarum, quoad illarum emolumentum tantùm, ſubiectis eſse declaramus.

Volumus autem, quòd præmiſsa intelligantur ſine præiuditio litium ſuper Decimis quibuſcumque, ſeu ſuper Decimis, & bonis prædictis, ſi quæ in ſimul conceſsa fuerint, motarum, ac demum Eccleſijs, Prælatis, & locis pijs ſupradictis concordandi lites ſuper Decimis, & bonis inter Eccleſiaſticos, & Laicos pendentes, illisque liberè cedendi, & illas totaliter extinguendi, & tranſigendi ſuper fructibus à die cuiuslibet litis motæ decurſis, obtento tamen nouo beneplacito Apoſtolico ſuper qualibet particulari tranſactione, vel concordia; ita vt ſecuta ceſsione, ſeu tranſactione, ſeu concordia, huiuſmodi Decimæ, Iura, & emolumenta omnia, & bona prædicta in omnibus, & per omnia præſentibus noſtris litteris ſubiaceant, & ſub illis compręhenſa eſſe intelligantur, earumdem tenore præſentium concedimus facultatem.

Decernentes, tàm præinſertas prædeceſsoris huiuſmodi, quàm pręſentes litteras, necnon omnia, & ſingula illis reſpectiuè contenta, nullo vnquam tempore quouis colore, vel ingenio retractari poſse, ſed ab omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inuiolabiliter, & de verbo ad verbum obſeruari; & Vniuerſitati, Communitati, Populo, Ciuibus, Incolis, & habitatoribus prædictis, cæteriſque intereſſe quomodolibet habentibus ſuffragari debere.

Neque ex eo quòd Prælati, Rectores, Adminiſtratores, & alij quicumque, etiam Cardinalatus dignitate fulgentes ad præmiſſa vocati non fuerint; nec præmiſsis conſenſerint, ac in eis tractatus, ſeu quæcumque ſolemnitates, aut alia de Iure, conſuetudine, vel priuilegio, ſeu iuxta litteras, vel Conſtitutiones Apoſtolicas requiſita, aut in ſimilibus neceſſaria nullatenus interuenerint; ſeu quouis alio prætextu, cauſa, occaſione, quantumcumque notabili, & iuridica, etiam neceſsariò exprimenda de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu Noſtræ, aut dicti prædeceſ-

ſoris intentionis, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, reſcindi, annullari, inualidari, in ius, ſeu controuerſiam reuocari; ad terminos Iuris reduci, ſeu aduerſus illa quodcumque Iuris, Facti, vel gratiæ remedium impetrari; ſeu motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus concedi poſse; neque ſub quibuſuis ſimilium, vel diſsimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus à Nobis, ſeu quibuſuis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus Noſtris, dictaque Sede, ſeu illius etiam de Latere Legatis, emanatis pro tempore, ſeu emanandis comprahendi; ſed ſemper ab illis excepta, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & eum in quo antea quomodolibet erant ſtatum reſtituta, repoſita, & plenariè reintegrata, ac de nouo ſub quacumque Data etiam poſteriori per quoſcumque intereſse habentes eligenda, de nouo conceſsa, ſemperq; valida, & efficacia fore, & eſſe, ac perpetuam roboris firmitatem obtinere, ſuoſq; Plenarios, & integros effectus ſortiri.

Et in euentum alicuius reuocationis, annullationis, reſciſionis, ſeu reductionis, etiam ad viam Iuris, tunc ſuperius narrata; neque Vniuerſitati, Communitati, Ciuibus, Incolis, ac habitatoribus prædictis, neque etiam de præſenti alijs Ciuibus, qui ratione litium, vel aliorum capitum ſupra expreſſorum in præſentibus litteris comprahenſi non ſunt, vllum præiudicium inferre, perinde ac ſi narrata non fuiſſent. Sicque per quoſcunque Iudices Ordinarios; & Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere; nec non irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus opus ſit piæ memoriæ Pauli Secundi, ac quorumcumque Romanorum Pontificum ſimiliter Prædeceſſorum Noſtrorum, de rebus Eccleſiæ non alienandis, ac Lateranenſis Concilij, & Noſtra, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ Regula, de non tollendo iure quæſito, ac quibuſuis alijs Apoſtolicis, ac in Synodalibus, Prouincialibus, Vniuerſalibus Concilijs æditis, ſpecialibus, vel generalibus, Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, & piorum locorum huiuſmodi, etiam Iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel

quauis

quauis firmitate alia roboratis; ſtatutis, conſuetudinibus, legibus etiam municipalibus, priuilegijs quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis illis, eorumque Prælatis, Abbatibus, Rectoribus, Adminiſtratoribus, & Miniſtris pro tempore exiſtentibus; & quibuſvis alijs perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, necnon cum quibuſuis derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & alijs decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiã conciſtorialiter, & aliàs quomodolibet iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione aliàs de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac indiuidua mentio, ſeu quæuis alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitùs ommiſſo inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæterisque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, roboris, adiectionis ſingulorum ſtatutorum, ordinationum, voluntatum, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotẽtis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo ſexcenteſimo decimo nono, duodecimo Kalendas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Quintodecimo. A.

L.^x^

Ap. B. Santa Crucius. T. Riccius pro Magiſtris.
A. Danius.
Io. C. Att.^s^ pro Præf. f.

B. Spada.
I. F. Vgolinus.
F. Rentius.

F. Rentius.

F. Rentius.
F. de Montemayor.

Exp.ᵗ D. 40. F. de Montemayor.

Loco Sigilli ✠ plumbei appenſi.

T. Bertus.

I. Bertier.

C.Aſti L XXX. vs reſiduum de conſenſu omnium, quia expediuit aliam ſub eadem data.

Rouaſcenda, Pratá.

A Tergo verò Litterarum ſupradictarum adſunt verba infraſcripta.

Regiſtrata M.
Io. F. Vgolinus.

Maurois pro Magiſtris.

HÆC

HÆC Præſens Bulla fuit regiſtrata per me Petrum Paulum Brunettum Notarium, & Cancellarium Epiſcopalem, de ordine Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Lenij Epiſcopi Ferrariæ, præſente Perilluſtr. D. Deophæbo Cornaciano Auditore dicti Illuſtriſſimi Domini Cardinalis Epiſcopi, in Cataſtro GG. Epiſcopus Ferrariæ, in prima pagina, & ſequentibus dicti Cataſtri, vnà cum Mandato Perilluſtr. & Admodum Reuer. D. Cæſaris Vbaldini Canonici, Commiſſarijq́ue dicti Illuſtriſſimi Dom. Cardinalis Lenij Epiſcopi, ac inſinuata per Perilluſtr. & Reuerendiſsimum Dominum Vicarium Epiſcopalem. Die nona Menſis Maij, 1620.

Ita eſt. Cæſar Vbaldinus Canonicus, & Commiſſarius.

Ita eſt. Petrus Paulus Brunettus Cancellarius.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆSENTES Litteras Apoſtolicas de mandato Illuſtriſsimorum Dominorum, D. Comitis Aloyſij Montecuccoli Iudicis Sapientum, & Dominorum Sapientum Magiſtratus Ciuitatis Ferrariæ, Ego Octauius Magnaninus Illuſtriſsimæ Communitatis Secretarius, in Regiſtro E eiuſdem Communitatis fol. 160. & in ſequentibus, per Dominum Ioannem à Monetis eiuſdem Illuſtriſsimæ Communitatis Notarium, & cum præſentia, & interuentu Perilluſtr. & Excellen. Domini Philippi Roddij ſupradictorum Illuſtriſſimorum Dominorum Locumtenentis, regiſtrandas curaui, die vigeſima ſecunda Menſis Maij, M. DC. XX.

Idem Octauius Magnaninus Secretarius.

Ita eſt. Ioan. à Monetis Notarius Illuſtriſs. Communitatis.

BREVE

BREVE

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

PAVLI QVINTI.

Quo concedit

FACVLTATEM DEMOLIENDI

Clauiças.

PAVLVS PAPA V.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

EXIGIT Iuris, & ęquitatis ratio, vt ea, quæ ſemel ob certam cauſam decreta, & ſtatuta ſunt, cauſa ceſſante, tollantur, prout in Domino conſpicitur expedire. Cùm igitur nuper à Venerabilibus Fratribus Noſtris S. R. E. Cardinalibus exſiccationi agrorum Ferrarien. Bononien. Rauennatum, & aliorum locorum pręfectis de cõſilio Peritorum decretum fuerit; ad Alueum fluminis Padi Primar. nuncupati purgandum, ſeu excauandum opera quædam Chiauicas dictas in locis, & priuatorũ conſtruere opus eſſe, & iam constructa ſint, & ſicut accepimus Ciues Ferrarien. vereantur, nè poſtquam excauatio dicti Alui perfecta, aut eidem Alueo excauando prædicta opera non prodeſſe compertum fuerit, ſi huiuſmodi opera perpetuò durarent, graue damnum illis, & eorum ſingulis inferrent: propterea cum dictas Chiauicas ad alueum prædicti Padi excauandum conſtrui iuſſerimus; Nos dictorum Ferrarienſiũ indemnitati conſulere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione Nr̃is, tenore præſentium Communi-

munitati, & Hominibus dictæ Ciuitatis Ferrarienſ. vt poſtquam Alueus Padi excauatus, & integrè expurgatus fuerit, & interim quandocunque petiti à Nobis, vel prædictis Cardinalibus eligendi declarauerint opera præ dicta minimè prodeſſe dicto Alueo excauando, eadem opera demolire, & tollere, de licentia tamen Noſtri, & Apoſtolicæ Sedis nunc, & pro tempore exiſtentis Ferrariæ Legati facultatem tribuimus, & impartimur. Non obſtantibus cõſtitutionibus Apoſtolicis, ac etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

Dat. Romæ, apud Sanctum Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die xxiv. Auguſti 1607. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

S. Cobellutius.

SANCTIS-

Digitized by Google

SANCTISSIMI
DOMINI NOSTRI
GREGORII PAPÆ XV.
Breuia, & Indulta
CIVITATI FERRARIENSI
Impertita.



S

Digitized by Google

BREVE

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

GREGORII XV.

Quo confirmantur

OMNIA BREVIA, INDVLTA,

Et Priuilegia à fel. rec. Clemente Papa Octauo, & Paulo Quinto, Communitati Ferrarienſi conceſſa.

GREGORIVS PAPA XV.

DILECTI FILII Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sinceræ fidei, ac deuotionis veſtræ erga Nos, & Apoſtolicam Sedem conſtantia, multis iam argumentis comprobata, facit, vt Nos benigni fauoris gratia vos libenter complectamur, ac ea, quæ à fel. re. Clemente VIII. Vobis, & iſti noſtræ Ciuitati Ferrarienſi conceſſa, & à Paulo V. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris confirmata ſunt, vt perpetuò firma, & illibata perſiſtant, noſtræ confirmationis robore communiamus. Supplicationibus igitur pro parte veſtra Nobis humiliter porrectis inclinati, omnes, & quaſcunque conceſſiones, gratias, exemptiones, immunitates, facultates, priuilegia, & indulta Vobis, & Ciuitati prædictæ per eundem Clemen-

tem Prædeceſſorem, & præſertim quòd exemptiones, & priuilegia quæcunque, quibuſuis particularibus perſonis conceſſa, & concedenda non præiudicent gratijs, priuilegijs, & indultis ipſis Ciuitati, ac vobis conceſſis, & per quoſcunque alios Romanos Pontifices, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam conceſſa, & ſeù confirmata, ac litteras quaſcunque etiam in forma Breuis deſuper expeditas, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, quatenùs ſint in vſu, & non ſint reuocata, nec ſub aliquibus reuocationibus compræhenſa: Et vlteriùs quæcunque Statuta, ordinationes, decreta, & reformationes eiuſdem Ciuitatis, quatenùs iuſta, & rationabilia exiſtant, ac libertati Eccleſiaſticæ, debitæque Nobis, & S. R. E. obedientiæ, & fidelitati, ac Concilij Tridentini decretis, ac conſtitutionibus Apoſtolicis non repugnent, nec aduerſentur, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illisque perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos tàm iuris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper in eiſdem interuenerint, ſupplemus, eaque omnia, & ſingula perpetuò valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, vobisque, ac dictæ Ciuitati, ac omnibus, quos concernunt, pleniſſimè ſuffragari, ac ab omnibus, ad quos ſpectat reſpectiuè inuiolatè obſeruari debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his, à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ Clemens, & Paulus Prædeceſſores Noſtri prædicti in ſuis literis voluerunt non obſtare, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 2. Auguſti 1621. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

S. Car. S. Suſ.

BREVE

BREVE

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

GREGORII XV.

Quo conceditur

VT QVÆCVNQVE BENEFICIA Ciuitatis, & Diocœſis Ferrarienſis pro tempore vacantia, ac annuæ penſiones ſuper illorum fructibus conferri nequeant alijs, quàm Ciuibus Ferrarienſibus, &c.

GREGORIVS PAPA XV.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

PATERNA de Noſtris, & S. R. E. Subditis cura, & ſollicitudo poſtulat, vt illorum commodis, quantùm cum Domino poſſumus libenter conſulamus. Supplicationibus itaque dilectorum filiorum Communitatis, & hominum Ciuitatis noſtræ Ferrarienſ. nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; Quòd de cætero perpetuis futuris temporibus Canonicatus, & præbendæ, Manſionariæ, vel Capellaniæ Eccleſiæ Ferrarien. & alia quæcunque beneficia Eccleſiaſtica curata, vel ſimplicia Ciuitatis, & Diocœſis Ferrarien. pro tempore vacantia, ac ſuper illorum fructibus, redditibus, & prouentibus penſiones annuæ alijs quàm eiuſdem Ciuitatis, ſeù illius Territorij Ciuibus, dummodò ad illa obtinen. idonei reperiantur conferri, & reſeruari reſpectiuè nullo modo poſſint, necnon quaſcunque collationes, prouiſiones, aut alias diſpoſitiones de dictis beneficijs, ac ſuper illorum fructibus,

ſoris intentionis, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, reſcindi, annullari, inualidari, in ius, ſeu controuerſiam reuocari; ad terminos Iuris reduci, ſeu aduerſus illa quodcumque Iuris, Facti, vel gratiæ remedium impetrari; ſeu motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus concedi poſſe; neque ſub quibuſuis ſimilium, vel diſsimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus à Nobis, ſeu quibuſuis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus Noſtris, dictaque Sede, ſeu illius etiam de Latere Legatis, emanatis pro tempore, ſeu emanandis comprædendi; ſed ſemper ab illis excepta, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & eum in quo antea quomodolibet erant ſtatum reſtituta, repoſita, & plenariè reintegrata, ac de nouo ſub quacumque Data etiam poſteriori per quoſcumque intereſſe habentes eligenda, de nouo conceſſa, ſemperq́. valida, & efficacia fore, & eſſe, ac perpetuam roboris firmitatem obtinere, ſuoſq́. Plenarios, & integros effectus ſortiri.

Et in euentum alicuius reuocationis, annullationis, reſciſionis, ſeu reductionis, etiam ad viam Iuris, tunc ſuperius narrata; neque Vniuerſitati, Communitati, Ciuibus, Incolis, ac habitatoribus prædictis, neque etiam de præſenti alijs Ciuibus, qui ratione litium, vel aliorum capitum ſupra expreſſorum in præſentibus litteris comprænſi non ſunt, vllum præiudicium inferre, perinde ac ſi narrata non fuiſſent. Sicque per quoſcunque Iudices Ordinarios; & Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores; ac eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere; nec non irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus opus ſit piæ memoriæ Pauli Secundi, ac quorumcumque Romanorum Pontificum ſimiliter Prædeceſſorum Noſtrorum, de rebus Eccleſiæ non alienandis, ac Lateranenſis Concilij, & Noſtra, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ Regula, de non tollendo iure quæſito, ac quibuſuis alijs Apoſtolicis, ac in Synodalibus, Prouincialibus, Vniuerſalibus Concilijs æditis, ſpecialibus, vel generalibus, Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, & piorum locorum huiuſmodi, etiam Iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel

quauis

quauis firmitate alia roboratis; ſtatutis, conſuetudinibus, legibus etiam municipalibus, priuilegijs quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis illis, eorumque Prælatis, Abbatibus, Rectoribus, Adminiſtratoribus, & Miniſtris pro tempore exiſtentibus; & quibuſvis alijs perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, necnon cum quibuſuis derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & alijs decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiā conciſtorialiter, & aliàs quomodolibet iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione aliàs de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac indiuidua mentio, ſeu quæuis alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitùs ommiſſo inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, roboris, adiectionis ſingulorum ſtatutorum, ordinationum, voluntatum, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotētis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo ſexcenteſimo decimo nono, duodecimo Kalendas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Quintodecimo. **A.**

L. x

Ap. B. Santa Crucius. T. Riccius pro Magiſtris.
A. Dauius.
Io. C. Att.s pro Præf. f.

B. Spada.
I. F. Vgolinus.
F. Rentius.

F. Rentius.

F. Rentius.
F. de Montemayor.

Exp.ᵗ D. 40. F. de Montemayor.

Loco Sigilli ✠ plumbei appenſi.

T. Bertus.

I. Bertier.

C.Aſti LXXX. vs reſiduum de conſenſu omnium, quia expediuit aliam ſub eadem data.

Rouaſcenda, Pratá.

A Tergo verò Litterarum ſupradictarum adſunt verba infraſcripta.

Regiſtrata M. Io. F. Vgolinus.

Maurois pro Magiſtris.

HÆC

Digitized by Google

HÆC Præſens Bulla fuit regiſtrata per me Petrum Paulum Brunettum Notarium, & Cancellarium Epiſcopalem, de ordine Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Lenij Epiſcopi Ferrariæ, præſente Perilluſtr. D. Deophæbo Cornaciano Auditore dicti Illuſtriſſimi Domini Cardinalis Epiſcopi, in Cataſtro GG. Epiſcopus Ferrariæ, in prima pagina, & ſequentibus dicti Cataſtri, vnà cum Mandato Perilluſtr. & Admodum Reuer. D. Cæſaris Vbaldini Canonici, Commiſſarijque dicti Illuſtriſſimi Dom. Cardinalis Lenij Epiſcopi, ac inſinuata per Perilluſtr. & Reuerendiſsimum Dominum Vicarium Epiſcopalem. Die nona Menſis Maij, 1620.

Ita eſt. Cæſar Vbaldinus Canonicus, & Commiſſarius.

Ita eſt. Petrus Paulus Brunettus Cancellarius.

PRÆ-

PRÆSENTES Litteras Apoſtolicas de mandato Illuſtriſsimorum Dominorum, D. Comitis Aloyſij Montecuccoli Iudicis Sapientum, & Dominorum Sapientum Magiſtratus Ciuitatis Ferrariæ, Ego Octauius Magnaninus Illuſtriſsimæ Communitatis Secretarius, in Regiſtro E eiuſdem Communitatis fol. 160. & in ſequentibus, per Dominum Ioannem à Monetis eiuſdem Illuſtriſsimæ Communitatis Notarium, & cum præſentia, & interuentu Perilluſtr. & Excellen. Domini Philippi Roddij ſupradictorum Illuſtriſſimorum Dominorum Locumtenentis, regiſtrandas curaui, die vigeſima ſecunda Menſis Maij, M. DC. XX.

Idem Octauius Magnaninus Secretarius.

Ita eſt. Ioan. à Monetis Notarius Illuſtriſs. Communitatis.

BREVE

Digitized by Google

BREVE

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

PAVLI QVINTI.

Quo concedit

FACVLTATEM DEMOLIENDI

Clauicas.

PAVLVS PAPA V.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

EXIGIT Iuris, & ęquitatis ratio, vt ea, quæ ſemel ob certam cauſam decreta, & ſtatuta ſunt, cauſa ceſſante, tollantur, prout in Domino conſpicitur expedire. Cùm igitur nuper à Venerabilibus Fratribus Noſtris S. R. E. Cardinalibus exſiccationi agrorum Ferrarien. Bononien. Rauennatum, & aliorum locorum pręfectis de cõſilio Peritorum decretum fuerit, ad Alueum fluminis Padi Primar. nuncupati purgandum, ſeu excauandum opera quædam Chiauicas dictas in locis, & priuatorũ conſtruere opus eſſe, & iam conſtructa ſint, & ſicut accepimus Ciues Ferrarien. vereantur, nè poſtquam excauatio dicti Aluei perfecta, aut eidem Alueo excauando prædicta opera non prodeſſe compertum fuerit, ſi huiuſmodi opera perpetuò durarent, graue damnum illis, & eorum ſingulis inferrent: propterea cum dictas Chiauicas ad alueum prædicti Padi excauandum conſtrui iuſſerimus; Nos dictorum Ferrarienſiũ indemnitati conſulere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione Nr̃is, tenore præſentium Communi-

munitati, & Hominibus dictæ Ciuitatis Ferrarienſ. vt poſtquam Alueus Padi excauatus, & integrè expurgatus fuerit, & interim quandocunque petiri à Nobis, vel prædictis Cardinalibus eligendi declarauerint opera prædicta minimè prodeſſe dicto Alueo excauando, eadem opera demolire, & tollere, de licentia tamen Noſtri, & Apoſtolicæ Sedis nunc, & pro tempore exiſtentis Ferrariæ Legati facultatem tribuimus, & impartimur. Non obſtantibus cõſtitutionibus Apoſtolicis, ac etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtaturis, & con ſuetudinibus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

Dat. Romæ, apud Sanctum Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die xxiv. Auguſti 1607. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

S. Cobellutius.

SANCTIS-

SANCTISSIMI
DOMINI NOSTRI
GREGORII PAPÆ XV.
Breuia, & Indulta
CIVITATI FERRARIENSI
Impertita.



Digitized by Google

BREVE

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

GREGORII XV.

Quo confirmantur

OMNIA BREVIA, INDVLTA,

Et Priuilegia à fel. rec. Clemente Papa Octauo, & Paulo Quinto, Communitati Ferrarienſi conceſſa.

GREGORIVS PAPA XV.

DILECTI FILII Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sinceræ fidei, ac deuotionis veſtræ erga Nos, & Apoſtolicam Sedem conſtantia, multis iam argumentis comprobata, facit, vt Nos benigni fauoris gratia vos libenter complectamur, ac ea, quæ à fel. re. Clemente VIII. Vobis, & iſti noſtræ Ciuitati Ferrarienſi conceſſa, & à Paulo V. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris confirmata ſunt, vt perpetuò firma, & illibata perſiſtant, noſtræ confirmationis robore communiamus. Supplicationibus igitur pro parte veſtra Nobis humiliter porrectis inclinati, omnes, & quaſcunque conceſſiones, gratias, exemptiones, immunitates, facultates, priuilegia, & indulta Vobis, & Ciuitati prædictæ per eundem Clemen-

BREVE

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

GREGORII XV.

Quo conceditur

VT QVÆCVNQVE BENEFICIA

Ciuitatis, & Diocœſis Ferrarienſis pro tempore vacantia, ac annuæ penſiones ſuper illorum fructibus conferri nequeant alijs, quàm Ciuibus Ferrarienſibus, &c.

GREGORIVS PAPA XV.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

PATERNA de Noſtris, & S. R. E. Subditis cura, & ſollicitudo poſtulat, vt illorum commodis, quantùm cum Domino poſſumus libenter conſulamus. Supplicationibus itaque dilectorum filiorum Communitatis, & hominum Ciuitatis noſtræ Ferrarienſ. nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; Quòd de cætero perpetuis futuris temporibus Canonicatus, & præbendæ, Manſionariæ, vel Capellaniæ Eccleſiæ Ferrarien. & alia quæcunque beneficia Eccleſiaſtica curata, vel ſimplicia Ciuitatis, & Diocœſis Ferrarien. pro tempore vacantia, ac ſuper illorum fructibus, redditibus, & prouentibus penſiones annuæ alijs quàm eiuſdem Ciuitatis, ſeù illius Territorii Ciuibus, dummodò ad illa obtinen. idonei reperiantur conferri, & reſeruari reſpectiuè nullo modo poſſint, necnon quaſcunque collationes, prouiſiones, aut alias diſpoſitiones de dictis beneficijs, ac ſuper illorum fructibus,

& prouentibus penſionum annuarum reſeruationes ad aliorum, quàm Ciuium Ciuitatis, & Territorii prædictorum fauorem pro tempore factas nullas, irritas, & inanes, nulliusque roboris, vel momenti eſſe, & fore; ſicque per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores vbique iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium decernimus, & declaramus. Non obſtantibus quibuſuis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Ciuitatis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Statutis, & conſuetudinibus, Priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis: Quibus omnibus, & ſingulis eorum omnium tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, die xiv. Auguſti 1621. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

S. Car. S. Suſ.

NOTI-

NOTIFICAZIONE DELLA GRAZIA
Fatta da N. S. Papa
GREGORIO XV.
Alla Citta' di Ferrara.
In materia delle Gabelle delle Permute.

ESSENDO piaciuto alla Santità di Noſtro Signore Papa Gregorio XV. di concedere à queſta ſua fedeliſſima Città di Ferrara, che ne' contratti di Permute non ſi paghi Gabella, che del ſopra più, come ſi vede dalla Lettera d'ordine della Santità Sua ſcritta dall'Illuſtriſſimo Sig. Cardinale Ludouiſi all'Illuſtriſſimo Sig. Cardinale Serra Legato, del tenore infraſcritto.

All'Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo Sign. mio Oſſeruandiſsimo.

HAVENDO la Santità di Noſtro Signore fatta grazia à coteſta Città di Ferrara, che le Gabelle delle Permute non ſi paghino, ſe non per il ſopra più del valore delle coſe permutate, purchè le Permute non ſi facciano in fraude della Gabella; Sua Beatitudine m'hà ordinato, che io ſcriua à V. Sig. Illuſtriſſima, che ella operi, che la Città goda il frutto della medeſima grazia. Con che à V. Sig. Illuſtriſs. bacio per fine humilmente le mani. Roma vltimo Luglio 1621.

Di V. S. Illuſtriſſ. e Reuerendiſſ.

Humiliſsimo, & Affettionatiſs. Seruitore

Il Cardinale Ludouiſi.

E deſi-

Deſiderando il Signor Giudice, e Magiſtrato de' Saui, che la ſudetta grazia paſſi à notizia di ciaſcheduno; per tanto d'ordine dell'Illuſtriſsimo Sign. Cardinal Serra Legato di Ferrara, ſi notifica ad ogni, e qualunque Perſona la ſudetta cõceſſione fatta à queſta Città; affinche niſſuno poſſa pretendere ignoranza; e perche da tutti, a' quali ſpetta, ò poteſſe ſpettare, ſia prontamente vbbidita la mente di Sua Beatitudine. Data in Ferrara nel Caſtello di xvi. Agoſto 1621.

I. Card. Serra Leg. &c.

CHIRO.

Digitized by Google

CHIROGRAPHVM
Sanctiſs. Domini Noſtri Papæ
GREGORII XV.
Quo prorogantur
GABELLÆ NVNCVPATÆ
Della Galera, e della Punta d'Arriano.

Ludouicus Titul. Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ Presbyter Cardinalis Ludouiſius, S. R. E. Camerarius.

VRBANVS PAPA VIII. Nos mandata Sanctitatis ſuæ, vt tenemur debitæ executioni demandare, vobiſque ſpecialem gratiam facere volentes ſtante admiſſione, & regiſtratione prædicti chirographi factis in Camera Apoſtolica, & in calce eiuſdem chirographi adnotatis ſub forma infraſcripta, videlicet. Die 7. Menſis Septembris 1626. Præſens Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ chirographum in plena Camera Apoſtolica exhibitum, & præſentatum, & die 16. eiuſdem menſis ex decreto ipſius Cameræ ad relationem Perilluſtr. & Reuerendiſs. D. Antonij Serræ prædictæ Cameræ Clerici, & Iudici ad id deputati facto, citato deſuper admodum Illuſtriſsimo, & Reuerendiſſimo D. Antonio Lambardo eiuſdem Sanctiſſimi, & dictæ Cameræ Generali Commiſſario admiſſum fuit, & regiſtratum in libro ſecundo Signaturarum eiuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri, ſub fol. 139. penes me infraſcriptum dictæ Cameræ Notarium. Vobis videlicet poteſtati pro tempore exiſtenti vſque ad annuam ſummam ſcutorum 12. monetæ Rom. Auditores verò vſque ad annuã ſummam ſcutorũ octo ſimilium pro quolibet, & non vltra exemptionem, immunitatem à ſolutione portuum litterarum, præuia tamen reuocationem cuiuſuis alterius exemptionis à ſolutione ſimilium portuum, vobis hactenus quomodolibet conceſſæ tenore præſentium vigore, & in executionem, ac iuxta formam præinſerti chirographi concedimus, & indulgemus. Mandantes propterea Poſtarum prædictæ Ciuitatis Magiſtro, cęteriſque ad quos ſpectat, quatenus ſub arbitrio noſtro pœnis huiuſmodi exemptionem, & immunitatem per præſentes vobis conceſſam iuxta earumdem præſentium tenorem cuilibet veſtrum vſque ad dictas reſpectiuè ſummas realiter, & cum effectu obſeruent, & obſeruari faciant. Nos enim quid quid importabit exemptio, & immunitas per præſentes vobis conceſſa huiuſmodi eidem Magiſtro, & pro eo Generali Poſtarum Status Eccleſiaſtici in ſuis computis acceptabimus, & admittemus, acceptarique, & admitti facie-

mus iuxta formam dicti Chirographi; non obſtantibus omnibus ijs, quæ idem Sanctiſſimus in eodem Chirographo voluit non obſtare, cęteriſq; contrariis quibuſcunque. In quorum fidem, &c.

Datum Romæ ex ædibus noſtr s, Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto, Indictione nona, die verò vigeſimatertia Menſis Septembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Noſtri Domini Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui Anno Quarto.

Hieron. Vidonus Theſ. Gen.

Fonthia.

Pro D. Dominico Fonthia.
Felix de Totis.

Mem. fol. 129.

Regiſtr. in lib. vij. Diuerſ. Sanctiſsimi Domini Noſtri Vrbani VIII. ſub fol. 33.

DECRE-

DECRETVM

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

VRBANI OCTAVI.

Quo mandat

NE IN CAVSIS CIVITATIS,

Et Ducatus Ferrarienſium relaxentur monitoria in vim Eugenianæ.

I N T V S:

BEATISSIMO PADRE.

SI ſupplica humiliſſimamente la Santità Voſtra à degnarſi di far'apparire in iſcritto eſſer'ordine di Voſtra Beatitudine, che da niun Tribunale debbano concederſi inbibitioni à niuna perſona in virtù della Bolla di Eugenio Quarto, per tirare à Roma le Cauſe della Città, e Ducaro di Ferrara; eccetto che ne'caſi chiaramente eſpreſſi nel Breue (De Cauſis non auocandis) conceduto alla detta Città di Ferrara dalla felice memoria di Papa Clemente Ottauo, e confermato, & ampliato dalla Santità voſtra. Quam Deus, &c.

A TER-

A TERGO.

ALLA SANTITA' DI N. SIGNORE.

Per la Città di Ferrara.

SANCTISSIMVS Dominus Noſter mandauit ordinati quibuſuis Vrbis Tribunalibus nè in cauſis Ciuitatis, & Ducatus Ferrarien. relaxent monitoria in vim Eugenianæ, niſi vbi agitur de intereſſe perſonarum Eccleſiaſticarum, vel aliàs in caſibus exceptis in priuilegiis eiſdem Ciuitati, & Ducatui conceſſis, aut ſaltem facto priùs verbo cum Præfecto Signaturæ Iuſtitiæ, & Datario Suæ Sanctitatis.

E. Dat.
L. A. Virilis V. Præfectus.

IN Chriſti Nomine Amen. Anno Natiuitatis eiuſdem Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto, Pontificatus Sanctiſſimi Domini Noſtri Vrbani Papæ Octaui Anno quarto, die decima Menſis Octobris: Ferrariæ, in Caſtro, præſentibus DD. Franciſco Bonazzolio, & Marco Antonio Magno Notarii Ferrarien. Teſtibus, &c.

Coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Dom. Franciſco S.R.E. Tit. Sancti Marcelli Cardinali Cennino nuncupato, in Ciuitate, & Ducatu Ferrarienſ. pro Sancta Sede Apoſtolica de Latere Legato, &c.

Comparuit Excell. D. Horatius Nigriſolius, vti Syndicus Illuſtriſſimæ Communitatis Ferrariæ, & exhibuit, ac præſentauit præfato Illuſtriſſimo D. Cardinali Legato preces porrectas n. Communitatis prædictæ eidem Sanctiſſimo D.N. Vrbano Papa Octauo, vna cum reſcripto eis annotato, & ſubſcripto his litteris, videlicet, E. L. A. Vitilis V. Præfectus, tenore, de quo in eis; Inſtetitque dictas preces per dictum Illuſtriſſ. D. Cardinalem Legatum accipi, & admitti, mandari mihi Notario, quatenus earum exemplum in actis meis ad perpetuam rei memoriam regiſtrari debeam.

Qui Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis prædicta admiſit, &c.

Supplicationemq; prædictam, ea, quæ decreuit reuerentia recepit cum reſcripto, & ſubſcriptionibus prædictis, legit, & admiſit, ac mihi

ac mihi Notario regiſtrari mandauit iuxta ſupra petita omni quo potuit meliori modo, &c.

Præſente dicto Domino Nigroſolio dicto nomine, & prædicta acceptante, &c.

Locus Signi.

Et quia ego Horatius Smeraldus Ciuis, & Notarius publicus Ferrarien. de prædictis rogat. extiti, & in hãc publicam formam redigi feci aliena manu mihi fida, Et in fidem hic me ſubſcripſi ſigno, & nomine meis ſolitis requiſitus.

CHIRO:

CHIROGRAPHVM
Sanctiſs. Domini Noſtri Papæ
VRBANI OCTAVI.
Quo confirmatur
PROROGATIO GABELLÆ
Nuncupatæ della Galea, e Punta d'Arriano.
ET CONCESSIO
Duorum Paſſuum Rheni.

HIERONYMVS Vidonus Prothonotarius Apoſtolicus Vtriuſque Signaturæ Sanctiſſimi D. N. Papæ Referendarius, eiuſdemq; Sanctiſſimi, & R. Cameræ Apoſtolicæ generalis Theſaurarius. Dilectis Nobis in Chriſto Communitati, & Hominibus Illuſtriſſimæ Ciuitatis Ferrariæ ſalutem in Domino. Cum nuper Sanctiſs. D.N.D. Vrbanus diuina prouidentia Papa VIII. Vos ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequendo chirographum manu Sanctitatis Suæ ſubſignatum Nobis direxerit, & præſentari fecerit huiuſmodi ſub tenore videlicet.

Monſig. Vidone Noſtro Teſoriere generale. Ci hà fatto eſporre la Communità della noſtra Città di Ferrara, che godendo eſſa le rendite, e prouenti, che ſi cauano dalle due Gabelle, o Darij dette della Galea, e della Punta in eſſa Città conceſſeli per aſſignamento d'alcuni ſuoi debiti da Clemente VIII. noſtro Predeceſſore di fel. me. per anni diceſette, e prorogateli da Paolo V. per tutto il meſe di Settembre 1627. & poi da Gregorio XV. di ſimil me. per tutto il meſe di Settembre 1637. & anco due paſſi ſopra il fiume Reno nello Stato di detta Città conceſſeli in feudo dal madeſimo Paolo à beneplacito ſuo, e d'altri Rom. Pontefici ſuoi Succeſſori ſotto annuo cenſo d'vn ducato d'oro di Camera, come appare per chirographi di detti Predeceſſori, e ſotto le date reſpettiuamente delli 11.

di Set-

di Settembre 1600. 7. & 29. d'Agoſto 1612. 3. d'Agoſto 1621. e patenti ſopra ciò ſpedite per gl'atti di Felice de Totis Notato della noſtra Camera, deſideraria per maggior ſua cautela, e quiete da Noi la confirmatione di dette proroghe, e conceſſione ſopra di che ci hà fatto iſtantemente ſupplicare. E contentandoci Noi di farli queſta gratia, hauendo quì per ſufficientemente eſpreſſo la quantità delle rendite, e prouenti con tutto quel che ſi caua ogn'anno da dette Gabelle, ò Datij, e Paſſi il tenor di dette proroghe, e conceſſione delli chirographi, e patenti ſudette, & ogn'altra coſa neceſſaria. Di certa ſcienza, e pienezza della noſtra poteſtà ordiniamo à Voi, che in nome noſtro, e della noſtra Camera confirmiate, & approuiate, Sì come anco rNoi con la preſente pienamente confirmiamo, & approuiamo dette proroghe, e conceſſione con tutti, & ſingoli peſi, conditioni, e coſe contenute in detti chirographi, e patenti. E ſopra ciò gli ne ſtipularete Inſtrumento con l'obligo della noſtra Camera per l'oſſeruanza d'eſſo, & altre clauſule, che più vi pareranno, e gli ne ſpedirete voſtre lettere patenti, Ratificando, & approuando Noi d'adeſſo quanto in cio da Voi per eſſecutione della preſente ſarà ſtato fatto, & eſſeguito. Volendo, e decretando, che dette proroghe, e conceſſione, & la preſente, e detto Inſtrumento da ſtipolarſi, ò Patente, che ſpedirete con la ſemplice voſtra ſottoſcrittione voglino ſempre, & habbino il loro effetto, eſſecutione, e vigore, & ſiano oſſeruate duranti li termini, e tempi prefiſſi in eſſe proroghe, & conceſſione in ogni luogo, e che la preſente, e detto Inſtrumento da ſtipularſi, o patente da ſpedirſi da Voi non s'ammettino, & regiſtrino in detta Camera, & ſuoi libri, non oſtanti la noſtra Conſtitutione ſuper reuocatione priuilegiorum, la Conſtitutione di Pio IV. parimente noſtro Predeceſſore de regiſtrandis, & qual ſi voglia altre Conſtitutioni, & ordinationi Apoſtoliche, Leggi, Statuti, e riforme etiam di detta Città, Decreti etiam Conciſtoriali, vſi, ſtili, conſuetudini, & tutte altre coſe, che faceſſero in contrario a' quali tutte, e ſingole hauendo il lor tenore quì per ſufficientemente eſpreſſo, & inſerto, per queſta volta ſolamente, & à queſto effetto, eſpreſſamente deroghiamo.

Dat. nel noſtro Palazzo Apoſt di S. Pietro li 10. di Febraro 1627.

Vrbanus Papa VIII. Nos mandata eiuſdem Sanctiſſimi D. N. D. vt tenemur, debitæ exequutioni demandare, Vobiſq; ſpecialem gratiam facere volentes vigore, & in executionem eiuſdem præinſerti Chirographi, & auctoritate noſtri Theſaurariatus officij eiuſdem Sanctiſſimi, & prædictæ Cameræ nomine ſupradictas prorogationes Gabellarum, ſeu Datiorum della Galea, & della Punta

nun-

nuncupat. per fel. rec. Paulum V. & Gregorium XV. reſpectiuè factas, ac ſupradictorum duorum paſſuum ſuper flumine Rheni conceſſionem in veſtrum fauorem per eundem Paulum pariter factam in præinſerto chirographo expreſſam cū omnibus, & ſingulis oneribus, conditionibus, & alijs contentis in earundem prorogationum, & conceſſionis chirographi, & litteris patentibus, ac cum decretis, derogationibus, & clauſulis in præinſerto chirographo contentis iuxta formā eiuſdem præinſerti chirographi tenore præſentium confirmamus, & approbamus inuiolabilis firmitatis robur adijcimus. Mandantes propterea omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum, nè ſub arbitrio noſtro pœnis vos contra præinſerti chirographi, ac præſentium noſtrarum litterarum formam, & tenorem ſuper prorogationibus, & conceſſione huiuſmodi quomodolibet impediant, vel perturbent, non obſtantibus omnibus ijs, quæ idem Sanctiſſimus in præinſerto chirographo voluit non obſtare, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. In quorum fidem, &c. Datum Romæ ex ædibus noſtris die prima Martij, 1627.

Hierony. Vidonus Theſ. gen.

Die 15. Martij 1627. præinſertum Chirographum in plena Camera Apoſtolica exhibitum, & die 17. eiuſdem Menſis ex decreto ipſius Cameræ, citato deſuper illius Reuerendiſs. Dom. Generali Commiſſario admiſſum fuit, & regiſtratum in libro Signat. Sanctiſs. D. N. Papæ ſub fol. 169. penes me infraſcriptum dictæ Cameræ Notarium.

Ruffinus Plebanus pro D. F. de Totis.

Patentes Confirmationis pro Ciuitate Ferrariæ F. de Totis.

Regiſt. libro Diuerſorum Theſ. fol. 174.

Pro D. Felice de Totis

Ruffinus Plebanus.

CHIRO-

CHIROGRAPHVM SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI VRBANI PAPÆ OCTAVI.

Quo concedit

ANNVVM CENSVM

Pro piſcatione Aluei Padi Volanæ à Bondeno vſque ad Mare per Communitatem Ferrariæ debitum, in eadem Ciuitate Reu. Cameræ ſolui poſſit.

Hieronymus Vidonus Prothonotarius Apoſtolicus, Vtriuſque Signaturæ Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Referendarius, eiuſdemq; Sanctiſſimi, & Reuerendiſſimæ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Theſaurarius.

DILECTIS Nobis in Chriſto Communitati, & Hominibus Illuſtriſſimæ Ciuitatis Ferrariæ ſalutem in Domino. Cum nuper Sanctiſſimus Dominus Noſter Dominus Vrbanus Diuina Prouidentia Papa Octauus, Chirographum manu Sanctitatis Suæ ſubſignatum Nobis direxerit huiuſmodi, ſub tenore videlicet.

Monſignor Vidone Noſtro Theſotiere Generale. Concedeſſimo dell'anno proſſimo in feudo alla Communità della Città di Ferrara la Peſca dell'Alueo del Pò di Volano dal Bondeno, ſin'al Mare ſotto annuo cenſo di ſcudi quattro di moneta da pagarſi ogn'anno da

Digitized by Google

detta Communità alla noſtra Camera qui in Roma nella Vigilia, ò Feſta de' Santi Pietro, e Paolo, come più amplamente appare nel chirografo ſopra ciò ſegnato da Noi, & nell'Inſtrumento ſtipulato per vigore di quello per gli Atti hora del Plebani Notaro di detta Camera, ſotto li ventinoue d'Ottobre di detto Anno. Et hauendoci dopò detta Communità fatto ſupplicare, che gli voleſſimo far gratia di commutarli il luogo, del pagamento di detto Cenſo da Roma à Ferrara, ſiamo condeſceſi volontieri à fargli queſta gratia. Onde con la preſente hauendo per eſpreſſo à ſofficienza il tenore di detto Chirografo, & Inſtromento di conceſſione, & ogn'altra coſa neceſſaria, di certa noſtra ſcienza, & pienezza della noſtra poteſtà, ordiniamo à Voi, che permutandoli il luogo di detto pagamento li concediate (ſicome ancor Noi con la preſente li concediamo) che detta Communità poſſi fare il detto pagamento di ſcudi quattro ogn'anno in detto tempo alla detta Noſtra Camera, nella detta Città di Ferrara, ſenza che ſia obligata à farlo à Roma, decretando, che tal pagamento da farſi ogni anno in detta Città di Ferrara, come ſopra, ſuffraghi à detta Communità, & ſia accettato, & fatto buono dalla Noſtra Camera, come ſe ſi faceſſe in Roma, & ſopra ciò gli ſtipularete Inſtromento, ò ſpedirete voſtre lettere patenti con le clauſule oppor tune. Ratificando Noi d'adeſſo quanto in ciò da voi ſarà ſtato fatto, & eſſeguito. Volendo, & decretando anco, che la preſente gratia vaglia ſempre, ancorche non s'ammetti, e regiſtri mai in detta Camera, e ſuoi libri, non oſtante qual ſi voglia Conſtitutioni, & ordinationi Apoſtoliche, leggi, ſtatuti, riforme decreti, vſi, ſtili, conſuetudini, la ſudetta noſtra Conceſſione nella parte, che oſti alla preſente, & tutte altre coſe, che faceſſero in contrario, à quali tutte, e ſingole, hauendo il loro tenore qui per eſpreſſo à ſufficienza per queſta volta ſolamente; & a queſt'effetto eſpreſſamente deroghiamo.

Dat. nel noſtro Palazzo Apoſtolico di Monte Cauallo li 17. di Aprile 1627.

VRBANVS PAPA VIII. Nos mandata Sanctiſſimi Domini Noſtri, vt tenemur debitæ executioni demandare, vobiſque ſpecialem gratiam facere volentes auctoritate noſtri Theſaurariatus Officij, Vobis, vt annuum cenſum ſcutorum quatuor monetæ, quem quolibet anno Cameræ Apoſtolicæ in Vigilia, ſeu Feſto Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum in Alma Vrbe pro Conceſſione in Feudum Piſcationis Aluei Padi Volanæ à Bondeno vſque ad Mare Vobis factæ ſoluere tenemini, in Ciuitate Ferrariæ prædictæ Came-

Cameræ ſoluere, & cum effectu tradere poſſitis, & valeatis, abſque quo illum in dicta Vrbe in futurum ſoluere tenemini, tenore præſentium iuxta formam præinſerti Chirographi concedimus, & indulgemus, locumq; ſolutionis cenſus prædicti modo, & forma huiuſmodi cum decretis, derogationis, & clauſulis in dicto præinſerto chirographo contentis permutamus.

Mandantes propterea omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum, nè ſub quingentorum ducatorum, alijsque arbitrio noſtro pœnis vos contra præinſerti chirographi, ac præſentium noſtrarum litterarum formam, & tenorem quomodolibet impediant, vel moleſtent per ſe, vel alium, ſeu alios quouis prætextu, cauſa, vel ingenio, &c.

Alioquin contra inobedientes ad incurſus pœnarum prædictarum declarationem, & illarum omnimodam exequutionem procedemus.

Datum Romæ, ex ædibus noſtris, Anno à Natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſimo, vigeſimo ſeptimo, Indictione decima, die verò decima quinta Maij, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui, Anno eius Quarto.

Hieronymus Vidonus Theſaurarius Generalis.

Præinſertum Chirographum die vigeſima prima Menſis Aprilis, Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo, in plena Camera Apoſtolica exhibitum, ex ipſius Cameræ decreto Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Marco Antonio Franciotto dictæ Cameræ Clerico referendum commiſſum extitit, & die vigeſima prima Maij dicti Anni, referente eodem Illu-

ſtriſsimo, & Reuerendiſsimo Domino Franciotto, citato prius Perilluſtr. & Reuerendiſsimo Domino Cæſare Raccagno Reuerendæ Cameræ Generali Commiſſario, in eadem Camera ductum præinſertum Chirographum admiſit, & in illius libris regiſtrari mandauit, prout regiſtratum fuit in libro Signatur. Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ, fol. 266. Et in fidem, &c.

Pro D. F. de Totis. Ruffinus Plebanus.

Commutatio loci in ſolutionem Cenſus F. de Totis.

Mem. f. 40.

Pro D. Felice de Totis.
Ruffinus Plebanus.

Regiſtratum Libro Diuerſorum Theſ. fol. 168.

CHIRO-

CHIROGRAPHVM

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

VRBANI OCTAVI.

Quo conceditur

Perſonas omnes, quæ à Reuerenda Camera in feudum Poſtas Plateæ obtinuerunt teneri ſoluere Communitati Canones omnes hactenus debitos, & in futurum debendos.

HIERONYMVS Vidonus Prothonotarius Apoſtolicus, vtriuſq. Signaturę S.D.N. Papæ Referendarius, eiuſdemque Sanctiſſimi, & Reuer. Cameræ Apoſtolicæ generalis Theſaurarius. Dilectis Nobis in Chriſto Illuſtriſſ. Communitatis, & Hominibus Illuſtriſſimæ Ciuitatis Ferrariæ ſalutem in Domino. Cum nuper Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & D. N. D. Vrbanus Diuina prouidentia Papa VIII. infraſcriptum Chirographum Suæ Sanctitatis manu ſignatum Nobis direxerit, & præſentari fecerit huiuſmodi tenore, videlicet.

Monſig. Vidone Noſtro Teſoriero generale. Hauendoci fatto inſtantemente ſupplicare la noſtra Città di Ferrara, che gli voleſſimo concedere li Liuelli, & Canoni, che alla noſtra Camera ſi deuono per le conceſſioni fatte à feudo, & liuello delle Poſte della Piazza di detta Città con obligo di mattonare, mantenere, & reſtaurare la detta Piazza in conformità della gratia altre volte fattagline dalla fel. rec. di Paolo Quinto noſtro Prædeceſſore con ſuo ſimil Chirografo de 17. di Settembre 1610. Et volendo Noi farli gratia particolare, Per la preſente di noſtra certa ſcienza vi ordiniamo, che concediate à noſtro beneplacito alla detta Città tutti, & ſingoli Canoni, & Liuelli douuti, & che ſi doueranno alla noſtra Camera da quelli, a' quali dalla detta Camera ſono ſtati cóceſſi

in Feudo, ò Liuello, ò altrimenti le Poſte della Piazza di detta Città, delle quali ne facciamo gratia alla detta Città, ad effetto di conuertirli per mantenere la detta Piazza, & quella mantenere, & reſtaurare ponendo detta Città, & ſuoi Officiali quanto all'eſattione di eſſi Canoni, & Liuelli per detto effetto in luogo, & priuilegio di eſſa noſtra Camera, & ſopra ciò gli ne farete, come ſopra, ſpedire patenti neceſſarie, & opportune con tutte quelle clauſule, & cautele, che à voi pareranno eſpedienti. Volendo, che la preſente, & le patenti da ſpedirſi da voi vaglino, ancorche non ſiano ammeſſe, & regiſtrate in Camera conforme alle Conſtitutioni di Pio Quarto de regiſtrandis gratijs, alle quali, & ogni altra coſa, che faceſſe in contrario per queſta volta ſola deroghiamo.

Dat. nel noſtro Palazzo Apoſtolico di Monte Cauallo li xxvj. di Giugno 1627.

VRBANVS PAPA VIII. Nos itaque pro parte veſtra inſtanter, & debitè requiſiti; Volentes mandata, & ordinationes eiuſdem Sanctiſſimi D. N. Papæ, vt par eſt, executionis debitæ demandare, Idcircò auctoritate noſtri Theſaurariatus officij, ac in executionem, & vigore eiuſdem præinſerti Chirographi, Vobis omnes, & ſingulos Canones, ſiue Liuella Reuer. Cameræ Apoſtolicæ hactenus debitos, & in futurum debendos à quibuſuis perſonis, quibus ab eadem Reuer. Camera in Feudum, ſeu Liuellum, aut alias quomodolibet conceſſæ extiterunt Poſtæ Plateæ dictæ veſtræ Ciuitatis Ferrariæ, harum ſerie, ac iuxta eiuſdem Chirographi formam concedimus ad effectum illos erogandi pro manutentione, & reſtauratione eiuſdem Plateæ, illamque lateandi, voſque, veſtroſque Officiales, quoad eorumdem Canonum, ſeu Liuellorum exactionem, ad effectum prædictum, in locum, & priuilegium eiuſdem Cameræ ponimus, & ſubrogamus, non obſtantibus omnibus, & ſingulis, quæ idem S. D. N. in eodem præinſerto Chirographo voluit non obſtare. Mandantes propterea omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, & quibus præſentes noſtræ peruenerint, & oſtenſæ fuerint nè ſub mille ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applicandorum mandari execu tioni pro illis, & in iuris ſubſidium excommunicationis, alijſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis vos, veſtroſque Officiales in præmiſſis aliquo modo impediant, vel moleſtent, imò gratia, & conceſſione huiuſmodi vobis, vt ſupra factis, vti, frui, & gaudere ſinant, atque permittant, Alioquin contra inobedientes, & huiuſmodi noſtris parere non curantes, negligentes, vel deferentes ad dictarum pœnarum incurſus declarationem procedemus, & procedi facie-

mus

mus induſtria mediante. In quorum omnium, & ſingulorum fidem preſentes fieri, & per infraſcriptum noſtrum, & Cameræ Apoſtolicæ Notarium ſubſcribi, ſigilliq; noſtri, quo in talibus vtimur iuſſimus, & fecimus impreſſione muniri.

Datum Romæ, ex ædibus noſtris, ſub Anno à Natiuit. Domini milleſimo ſexcenteſimo, vigeſimo ſeptimo, Indictione decima, die verò vigeſima prima Iulij, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui, Anno Quarto.

Hieron. Vidonus Theſ. Gen.

Die Lunæ 5. Menſis Iulij M. DC. XXVII. Supradictum Chirographum Sanctiſsimi D. N. in plena Camera Apoſtolica exhibitum, & præſentatum, & die Lunæ xix. eiuſdem Menſis Iulij, ex ipſius citato deſuper Perilluſtr. & Reuerendiſs. Dom Cæſare Raccagno dictæ Cameræ generali Commiſſario, referente Illuſtriſſimo, & Reuerendiſsimo D. Alexandro Cæſarino dictæ Cameræ Apoſtolicæ Clerico, admiſſum fuit, & regiſtratum libro ſecundo Signatur. Sanctiſsimi Domini Noſtri, ſub fol. 165. penes me infraſcriptum eiuſdem Cameræ Notarium exiſten. &c.

Ruffinus Plebanus.

Ruffinus Plebanus.

Regiſtr. in lib. viij. Diuerſ. Sanctiſsimi Domini Noſtri Vrbani VIII. ſub fol. 127.

CHIRO.

CHIROGRAPHVM
Sanctiſsimi Domini Noſtri
VRBANI PAPÆ OCTAVI.
Quo concedit
ILLVSTRISSIMO MAGISTRATVI
Ciuitatis Ferrarienſis exemptionem non ſoluendi Portus Litterarum.

HIERONYMVS Vidonus vtriuſque Signaturæ Sanctiſs. D N. Papæ Referendarius, ac eiuſdem Sanctiſſimi. & Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarius generalis. Illuſtriſſimo Magiſtratui Illuſtriſſimorum D. D. Sapientum Illuſtriſſimæ Ciuitatis Ferrariæ ſalutem. Cùm nuper Sanctiſſ. D. N. D. Vrbanus Diuina prouidentia Papa Octauus ſpecialibus fauoribus, & gratijs Magiſtratum prædictum proſequendo infraſcriptum ſuæ Sanctitatis manu ſignatum chirographum nobis direxerit, & præſentari fecerit huiuſmodi ſub tenore, videlicet.

Monſig. Vidone noſtro Teſoriere generale. Ci hà fatto ſupplicare il Magiſtrato de Saui della noſtra Città di Ferrara, che hauendo la felice mem. di Clemente Ottauo noſtro Predeceſſore ordinato, che ſi faceſſero eſſenti li detti Saui, per il porto delle lettere ſino alla ſomma di cinquanta ſcudi l'Anno, de' quali il Maſtro delle Poſte doueſſe dare debito alla Camera Apoſtolica, facendo tener conto à parte di quanto foſſe impotrata detta eſſentione, accioche non arriuando alla detta ſomma di ſcudi cinquanta per ciaſcuno Anno deſſe debito alla Camera di quel manco, & dopò anco Paolo Quinto noſtro Predeceſſore confermatoli il tutto per ſuo Chirografo ſotto la data del primo di Agoſto dell'Anno 1608. come più amplamente appare in detto Chirografo, e patente ſpedita ſopra à quello, Noi gli voleſſimo per gratia di confermargli detta eſſentione, & compiacendoci Noi di fargli detta gratia, hauendo quì per eſpreſſo à ſufficienza il tenore di detti chirografo, e paten-

ti, &

ti, & ogn'altra coſa neceſſaria, con la preſente di certa ſcienza, e pienezza della noſtra poteſtà ordiniamo à voi, che in nome noſtro, e della detta Camera confermiate à detto Magiſtrato la ſudetta eſſentione, con ordinare, che gli ſia oſſeruata anco per l'auuenire, e ſopra ciò glie ne ſpedirete voſtre lettere, patenti, mandati, & ogn'altra prouiſione opportuna, poiche tal'è mente noſtra eſpreſſa. Volendo Noi, e decretando, che la preſente vagli con la ſemplice noſtra ſottoſcrittione, non oſtante la noſtra Conſtitutione ſuper reuocatione priuilegiorum, & exemptionum, e qual ſi voglia altra Conſtitutione, & Ordinatione Apoſtolica, ſtatuti, riforme, ſtili, conſuetudini, e tutte l'altre coſe, che faceſſero in contrario, a' quali tutte, e ſingole hauendo il lor tenore qui per eſpreſſo à ſufficienza per queſta volta ſolamente, & à queſto effetto eſpreſſamente deroghiamo. Dat. nel noſtro Palazzo di Monte Cauallo li 5. di Giugno 1627.

VRBANVS Papa VIII. Nos autem mandata eiuſdem Sanctiſſimi, vt tenemur exequi, ac debitè executioni demandare volentes, auctoritate igitur Theſaurariatus officii, ac in executionem, & vigore eiuſdem præinſerti chirographi, & iuxta illius formam, continentiam, ac tenorem exemptionem, & immunitatem prędictam non ſoluendi portus litterarum vſque ad ſummam ſcutorum quinquaginta quolibet anno per fel. rec. Clementem VIII. dicto Magiſtratui conceſſam, & deinde per fel. rec. Paulum V. confirmatam nomine eiuſdem Sanctiſſimi D. N. & Camerę Apoſtolicę tenore pręſentium confirmamus, & approbamus, quocirca Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum D. Cardinalem Legatum dictę Ciuitatis, & Ducatus Ferratię in Domino rogamus, eiuſue Reuerendiſſimo D. Vicelegato, ac Magiſtro Generali Poſtarum eiuſdem Sanctiſſimi, eiuſq; ſubappaltatoribus, omnibuſq; aliis, & ſingulis, ad quos ſpectat, & ſpectare poterit quomodolibet in futurum committimus, & mandamus, quatenus præſentes noſtras, omniaque, & ſingula in eis, & dicto pręinſerto Chirographo contenta quæcunque obſeruent, obſeruarique mandent, & faciant, non permittentes dictum Magiſtratum contra præſentium, noſtrarumq; ac dicti chirographi continentiam, ac tenorem ab aliquo moleſtari, vel impediri, non obſtantibus omnibus ijs, quæ idem Sanctiſſimus Dominus Noſter in dicto Chirographo voluit non obſtare. In quorum fidem, &c.

Dat. Romæ ex ædibus noſtris Anno Domini Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimoſeptimo, Indictione decima, die verò vndecima

Men-

Menſis Iunij, Pontificatus eiuſdem Sanctiſs. D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui Anno Quarto.

Hieron. Vidonus Theſ. Gen.

Ruffinus Plebanus.

Die ſeptima Menſis Iunij M. DC. XXVII. Retroſcriptum Chirographum Sanctiſsimi D. N. in plena Camera Apoſtolica exhibitum, & præſentatum, & die nona eiuſdem citato deſuper Perilluſtr. & admodum Excellen. D Cæſare Raccagno dictæ Cameræ generali Commiſſario, referente Reuerendiſsimo D. Hieronymo Raymundo Cameræ Apoſtolicæ Clerico, & Iudice admiſſum, & in libris dictæ Cameræ regiſtrari mãdatum, prout regiſtratum fuit libro ſecundo Signatur. Sanctiſsimi Domini Noſtri, fol. 159. penes me infraſcriptum dictæ Cameræ Notarium exiſten. &c.

Ruffinus Plebanus.

Regiſtr. in lib. viij. Diuerſ. Vrbani VIII. in fol. 90.

BREVE

BREVE

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

VRBANI OCTAVI.

Conceſſum

CIVIBVS FERRARIENSIBVS

Cameræ Apoſtolicæ Feudatarijs.

Vt renouationes Inueſtiturarum de xxix. in xxix. Annis in Ciuitate Ferrarienſi fiant.

HIPPOLYTVS Sancti Angeli in Foro Piſciũ Diaconus Cardinalis Aldobrandinus Sanctę Romanæ Eccleſiæ Camerarius. Admodum Illuſt. & Reuerendiſs. D. Ciriaco Roccio Ciuitatis, & Ducatus Ferrariæ Vicelegato, ſalutem in Domino. Cum nuper Sanctiſs. D. N. D. Vrbanus diuina prouidentia Papa Octauus Ciuibus Ferrarienſibus Sanctę Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ feudatarijs inueſtituras eis, vel eorum auctoribus per dictam Gameram conceſſas, ſeu confirmatas habentibus, qui illarum renouationes ſingulis viginti nouem annis ab ipſa Camera petere, & accipere tenentur indulſerit, quod huiuſmodi renouationes fieri debeant per Procuratorem, ſue Commiſſarium à prædicta Camera Apoſtolica in dicta Ciuitate deputandum, & aliàs prout in literis Apoſtolicis ſub Annulo Piſcatoris, vt moris eſt, expeditis, & in actis infraſcripti noſtri, & Camerę prędictæ Notarij regiſtratis plenius continentur, negotioq; huiuſmodi in plena Camera Apoſtolica propoſito, & per Nos, & dictam Cameram Perilluſt. & Reuerendiſs. D. Hieronymo Raymundo ipſius Cameræ Præſidentis Clerico, commiſſo, matureq; in eadem Camera diſcuſſo, factoq; verbo, cùm eodem Sanctiſs. D. N. Nos, & prędicta Camera inſequentes ordinẽ fel. record. Clem. Papę Octaui, Te cuius prudentia, integriras, & fides iam nobis, & eidem Cameræ perſpecta ſunt ad renouandum, cùm interuentu tamen, & aſſiſtentia D. Commiſſarii prædictæ Cameræ in iſta Ciuitate reſidentis,

dentis, & præuia recognitionum, & ſeu aliorum iurium dictæ Cameræ debitorum ſolutione, prædictas inueſtituras, ſub rogitu tamen infraſcripti D. Ruffini Plebani dictæ Cameræ Notarij, & eiuſdem Cameræ Archiuij Cuſtodis, ſiue alterius Notarij, ad id per eum ſpecialiter deputandi, & non aliàs eligendum, & deputandum fore, & eſſe duximus. Quocirca de mandato eiuſdem Sanctiſſimi D. N. Papæ viuæ vocis oraculo nobis deſuper facto, & auctoritate noſtri Camerariatus officij, ac ex decreto in eadem plena Camera facto, te ad prædictas inueſtituras prędictę Cameræ nomine renouandum in fauorem dictorum feudatariorum, cum interuentu, & ſub rogitu, modoque, & forma prǽmiſſis, & iuxta diſpoſitionem prędictarum literarum Apoſtolicarum Sanctiſſimi D. N. & nõ aliter, nec alio modo, tenore pręſentium eligimus, & deputemus. Dantes tibi plenam, & omnimodam facultatem, & auctoritatem iuxtà earumdem Apoſtolicarum, & pręſentium noſtrarum literarum formam, & tenorem renouationes earumdem inueſtiturarum faciendi, recognitionesque, & ſeu alia iura dictę Cameræ debita exigendi, & recipiendi, deque ex actis, & receptis ſoluentes, & quos opus fuerit quietandi, & inſtrumenta quęcumque neceſſaria, & opportuna ſub rogitu eiuſdem infraſcripti Notarii, vel alterius, vt pręfertur ab eo deputari celebrari faciendi, omniaq́;, & ſingula alia gerendi, dicendi, & exequendi in prǽmiſſis neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna, non obſtantibus omnibus iis, quę idem Sanctiſſimus in dictis litteris Apoſtolicis voluit non obſtare, cæterisq́; contrariis quibuſcunque. In quorum omnium, & ſingulorum fidem has præſentes fieri, & per infraſcriptum noſtrum, & Cameræ Apoſtolicæ Notarium ſubſcribi, ſigilliq́; noſtri quo in talibus vtimur, iuſſimus, & fecimus appenſione muniri.

Datum Romæ in Camera Apoſtolica Anno à Natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo octauo, indictione vndecima, die verò duodecima Menſis Ianuarii, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui Anno Quinto.

Viſa Hier. Raymundus Clericus, & Iudex.

Cæſar Raccagnus Cameræ Apoſt. Commiſſ. Gen.

Deputatio Reuerendiſs. D. Viceleg. Ferrar. ad renouandas inueſtituras cum interuentu Cameræ Commiſſario, ſub rogitu Plebani, vel eius Subſtituti. *Plebanus.*

Ruffinus Plebanus, &c.

Regiſtr. lib. ix. Diuerſ. Sanctiſs. D. N. Vrbani Octaui, fol. 98.

VRBANVS

VRBANVS PAPA VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

PATERNA de noſtris, & S. R. E. ſubditis cura, & ſollicitudo poſtulat, vt in ijs, quæ ad eorundem ſubditorum vtilitates, & commoda pertinere dignoſcuntur, paſtoralis officij noſtri partes fauorabiliter interponamus. Aliàs ſiquidem fel. record. Clamens Papa VIII. Prædeceſſor noſter occaſione reuerſionis, & deuolutionis ad Sedem, Cameramq; Apoſtolicam Ducatus, & Status Ferrarien. eiuſdem Ciuitatis Ferrarien. Ciuibus feudatarijs, omnes inueſtituras per eos à Ducibus, ſiue Principibus familiæ Eſtenſis antea obtentas, abſque alicuius iocalis ſolutione, ſeu alterius rei contributione per Chirographum manu ſua ſubſcriptum confirmauit. Voluitq; vt ſingulo quoque viginti nouem annorum curriculo Ciues prædicti earundem inueſtiturarum renouationem ab eadem Camera petere, & accipere tenerentur, & aliàs prout in dicto Chirographo, cuius tenor præſentibus pro expreſſo haberi volumus, plenius continentur. Cum autem ſicut Ciues prædicti Nobis nuper exponi fecerunt; finis dictorum viginti nouem annorum propediem inſtet, renouationes verò inueſtiturarum huiuſmodi in Alma Vrbe noſtra, non ſine graui Ciuium prædictorum, propter eorum multitudinem perturbatione fieri poſſint, & propterea attento quod inueſtituræ huiuſmodi in dicta Ciuitate Ferrarien. factæ fuerunt, earum etiam renouationes ibi fieri poſſe ſummoperè deſiderent. Nos Ciuium prædictorum, votis quantùm cum Domino poſſumus, annuere, eoſque ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus earum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinari. Quòd de cætero perpetuis futuris temporibus renouationes inueſtiturarum huiuſmodi in dicta Ciuitate Ferrarien. fieri debeat per Procuratorem, ſeu Commiſſarium à Camera Apoſtolica deputandum, nec feudatarij prædicti in dictarum inueſtiturarum renouationibus de viginti nouem in viginti nouem annos expediendis ad ſolutionem

iocalium eidem Cameræ, minusq; eius Officialibus, & Miniſtris, ac Notariis quibuſcunque etiam ratione illarum conceſſionis, vel regiſtrationis faciendam, teneantur, niſi pro vnica deputatione, ſeu conſtitutione dicti Procuratoris ad ipſas renouationes in dicta Ciuitate Ferrarienſi, vt præfertur, de viginti nouem in viginti nouem annos faciendas, itaut vnicum dumtaxat iocale tunc ſoluendum ſit, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium decernimus, declaramus. In contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque, illarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes.

Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris die prima Nouembris Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo, Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Die decima Menſis Decembris M. DC. XXVII. Præſentes Litteræ Apoſtolicæ in plena Camera Apoſtolica exhibitæ, & præſentatæ fuerunt, & de ipſius Cameræ decreto commiſſa Perilluſtr. & Reuerendiſſimo Dom. Hieronymo Raymundo eiuſdem Cameræ Clerico; & ſubinde die Lunæ xx. eiuſdem Menſis, Camera ipſa, citato priùs Reu. P. D. Cæſare Raccagnio illius generali Commiſſario, referente eodem Reuerendiſſimo Domino Raymundo illius admiſit & in eiuſdem Cameræ libris regiſtrari mandauit, prout regiſtratæ fuerunt in lib. 2. Signat. Sanctiſs. D. N. ſub fol. 283. penes me infraſcriptum dictæ Cameræ Notarium.

Ruffinus Plebanus.

M. A. Maraldus.

BREVE

BREVE SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI VRBANI PAPÆ OCTAVI.

Quo

Tribuit facultatem Illuſtriſs. & Reuerendiſsimo D. Cardinali Sacchetto in Ciuitate, & Ducatu Ferrarien. Legato, &c.

Remittendi caducitates ob non ſolutos Canones, & ſuper illis concordandi.

VRBANVS PAPA VIII.

Dilecte Fili Noſter Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ALIAS à Nobis emanarunt litteræ tenore ſubſequentis videlicet, Vrbanus Papa Octauus Ad futuram rei memoriam. Paterna de noſtris, & S. R. E. ſubditis cura, & ſollicitudo poſtulat, vt in ijs, quæ ad eorundem ſubditorum vtilitates, & commoda pertinere dignoſcuntur, Paſtoralis officij noſtri partes fauorabiliter interponamus. Aliàs ſiquidem fel. record. Clemens Papa VIII. Prædeceſſor noſter occaſione reuerſionis, & deuolutionis ad Sedem, Cameramq; Apoſtolicam Ducatus, & Status Ferrarien. eiuſdem Ciuitatis Ferrarien. Ciuibus feudatarijs omnes inueſtituras per eos à Ducibus, ſiue Principibus familiæ Eſtenſis antea obtentas, abſque alicuius localis ſolutione, ſeu alterius rei contributione per Chirographum manu ſua ſubſcriptum

confirmauit. Voluitq; vt ſingulo quoque viginti nouem annorum curriculo Ciues prædicti earundem inueſtiturarum renouationem ab eadem Camera petere, & accipere tenerentur, & aliàs prout in dicto Chirographo, cuius tenor præſentibus pro expreſſo haberi volumus, pleniùs continentur. Cum autem ſicut Ciues prædicti Nobis nuper exponi fecerunt; finis dictorum viginti nouem annorum propediem inſter, renouationes verò inueſtiturarum huiuſmodi in Alma Vrbe noſtra, non ſine graui Ciuium prædictorum, propter eorum multitudinem perturbatione fieri poſſint, & propterea attento quod inueſtituræ huiuſmodi in dicta Ciuitate Ferrarien. factæ fuerunt, earum etiam renouationes ibi fieri poſſe ſummoperè deſiderent. Nos Ciuium prædictorum, votis quantùm cum Domino poſſumus, annuere, eoſque ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus earum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati. Quòd de cætero perpetuis futuris temporibus renouationes inueſtiturarum huiuſmodi in dicta Ciuitate Ferrarien. fieri debeāt per Procuratorem, ſeù Commiſſarium à Camera Apoſtolica deputandum, nec feudatarij prædicti in dictarum inueſtiturarum renouationibus de viginti nouem in viginti nouem annos expediendis ad ſolutionem iocalium eidem Cameræ, minuſque eius Officialibus, & Miniſtris, ac Notarijs quibuſcumque etiam ratione illarum conceſſionis, vel regiſtrationis faciendam teneantur, niſi pro vnica deputatione, ſeu conſtitutione dicti Procuratoris ad ipſas renouationes in dicta Ciuitate Ferrarienſi, vt præfertur de viginti nouē in viginti nouem annos faciendas, itaut vnicum dumtaxat iocale tunc ſoluendum ſit Apoſtolica auctoritate tenore præſentium decernimus, & declaramus. In contrarium facientium, non obſtantibus quibuſcunque illorum tenore præſentibus pro expreſſis habentes.

Dat. Romæ apud Sāctam Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, die prima Nouembris, Milleſimo ſexenteſimo vigeſimo ſeptimo, Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Cum autem ſicut accepimus nonnulli intrà iſtius legationis fines bona feudalia, ſiue liuellaria per eos empta, ſiue nomine dotis reſeruato Sedis Apoſtolicæ beneplacito acquiſita poſſideant, & poſtmodum canonem non petitis beneplacito, neque inueſtitura

huiuſ-

huiuſmodi prout tenebantur, perſoluerint, alij bona huiuſmodi eodem modo acquiſiuerint, ſed canonem nunquam perſoluerint, alij in ſimilium bonorum poſſeſſione reperiantur, & annis ſingulis canonem perſoluerint,quo tamē titulo illa poſſideant, ignorent, nec vllam ſuæ inueſtituræ notitiam vnquam habuerint, alij inueſtituram cum pacto eam ſingulis viginti nouem annis renouandi habeant, nec illam etiam ſi à quadraginta, quinquaginta, ac ſexaginta, & amplius annis facta fuerit, renouauerint, alii demùm bona huiuſmodi abſque eo quod inueſtituram petant vti hæredes tranſuerſales poſſederint, & poſſideant, licet difficultas ſubſit, an realiter compræhendantur. Nos prædictos, & alios Legationis huiuſmodi ciues,ſiue incolas amplioribus fauoribus,& gratiis proſequi volentes, ac eorum ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliisq; Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes. Motu proprio,& ex certa ſcientia noſtris; Circumſpectioni tuæ omnibus, & ſingulis Ciuibus, & incolis prædictis caducitatem, ſeu caducitates ob non ſolutionem Canonis, & Capſoldi, ſiue Laudemij incurſam, ſeu incurſas auctoritate noſtra ſemel, & pro vna vice tantùm remittendi, & condonandi, ac ſuper canonibus,ſiue laudemiis huiuſmodi concordādi, illoſque, & illa mutandi, & augendi, quoſcunque ad canonum, ſiue laudemiorum huiuſmodi decurſorum, & non ſolutorum ſolutionem cogendi, & compellendi, omnibuſque, & ſingulis caſibus ſupra expreſſis opportuna prouiden ſi præuia etiam reſtitutione in integrum, ac inſuper inueſtituras renouandi, illaſque non habentibus ſub canone tibi beneuiſo concedendi, cum hoc tamen quod ſemel conceſſis inueſtituris mutatis, auctis, declaratis, vel conſtitutis canonibus, laudemiis illos, & illa vlteriùs concedere, mutare, augere, declarare, vel conſtituere minimè valeas, aliaq; omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea quomodolibet acceſſoria, & opportuna faciendi, gerendi, & exequendi plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur. Nō obſtantibus præmiſſis, ac omnibus illis, quæ in præinſertis huiuſmodi litteris conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ, apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris, die 20. Iunii 1628. Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

M. A. Maraldus.

Die vigeſimaſexta Iunij M. DC. XXVIII. Præſentes Litteræ Apoſtolicæ in plena Camera Apoſtolica exhibitæ, & præſentatæ fuerunt, & ex decreto ipſius Cameræ commiſſæ Perilluſtr. & Reuerendiſſimo Dom Octauiano Raggio dictæ Cameræ Præſidenti, & Clerico; & ſubinde die iij Iulij eiuſdem anni, citato prius Reu. P. D. Cæſare Raccagnio Sanctiſſimi Domini Noſtri, & Cameræ Apoſtolicæ generali Commiſſario, referente eodem Reuerendiſſimo D. Raggio Iudice, Camera ipſa cum hoc, quod renouationes, remiſſiones, & alia in iiſdem litteris expreſſa fiant ſub rogitu infraſcripti D Ruffini Plebani dictæ Cameræ Notarij, & Archiuij eiuſdem Cameræ Cuſtodis, vel eius ſubſtituti iuxta ordinationem fel. rec. Clementis Papæ Octaui, & reſolutionem aliàs in Camera factam, litteras ipſas admiſit, & in eiuſdem Cameræ libris regiſtrari mandauit, prout regiſtratæ fuerunt in lib 2. Signat eiuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri, ſub fol. 153. penes infraſcriptum dictæ Cameræ Notarium.

Viſa Octauianus Raggius Cam. Apoſt. Cler. Iud.

Ruffinus Plebanus, &c.

A tergo.

Dilecto Filio Noſtro Iulio Tituli Sanctæ Suſannæ Presbyter Cardinali Sacchetto nuncupato, in Ciuitate, & Ducatu noſtris Ferrarienſibus noſtro, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legato.

BREVE

BREVE
SANCTISSIMI
DOMINI NOSTRI
VRBANI PAPÆ OCTAVI.

Quo prorogatur
Gabella vnius quatreni ſuper vnaquaque libra
Carnis ad triginta annos.

VRBANVS PAPA VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

SACROSANCTVM Apoſtolicę ſeruitutis miniſterium humilitati noſtrę nullo, licèt meritorum ſuffragio, per abundantiam diuinę gratiæ commiſſum poſtulat, vt non ſolùm ad ea, quæ vniuerſi gregis Dominici ſalutem reſpiciunt, verum etiam quæ ad populorum noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ temporali ditioni ſubditorum vtilitatem, & ſecuritatem pertinere dignoſcuntur, vigilantiæ noſtræ partes ſedulò dirigamus, infortuniiſque, ac ſiniſtris euentibus, quæ eiſdem ſubditis pręſertim per aquarũ inundationes euenire poſſent opportuna ratione, & minori quo fieri poteſt dictorum ſubditorum dãno prouideamus. Aliàs ſiquidem cum pro bonificatione facienda in ſtatu Ferrarienſi, Bononienſi, & Romandiolę Mons Sixtus vacabilis erectus fuiſſet, & pecunię, quibus creditoribus ipſius Montis ſatisfieret, deeſſent, fel. rec. Paulus Papa V. Prędeceſſor noſter ſupplicationibus dilectorum filiorum Magiſtratus, & Communitatis, ac hominum Ferrarienſium, ſibi humiliter porrectis inclinatus, vnam gabellam, donec Mons prędictus pro rata Ciuitatem Ferrarienſem tangente extingueretur duraturam, vnius quatreni pro qualibet libra carnis ex tunc deinceps tempore huiuſmodi durante in dicta Ciuitate, & eius toto diſtrictu, Territorio, & Comitatu vendendę, quę non ſolùm à Laicis quibuſ-

cunque

ctis inclinati. Gabellam vnius quatreni pro qualibet libra carnis in dicta Ciuitate, & toto eius Diſtrictu, Territorio, & Comitatu vendendæ, aliàs per dictum Paulum Prædeceſſorem Noſtrum impoſitam, & donec Mons prædictus pro rata dictam Ciuitatem tangente extinctus eſſet, duraturam ad triginta annos proximos à die totalis, & integræ dicti Montis pro huiuſmodi rata extinctionis computandos in ſubſidium conſtructionis, refectionis, & reperationis prædictarum Apoſtolica auctoritate tenore præſentium extendimus, & proroganus, ſiue eandem gabellam ad triginta annos huiuſmodi duraturam auctoritate, & tenore prædictis de nouo imponimus; Omnes verò, & ſingulas pecuniarum ſummas, & quantitates ex dicta gabella quatreni carnis per Nos, vt præfertur extenſa, & prorogata, ſiue de nouo impoſita, dictis triginta annis durantibus quomodolibet exigendas, & prouenturas in ſubſidium prædictum conſtructionis, & refectionis, ſiue reparationis dictorum aggerum, ſiue arginum, aliorumque operum ad conſeruationem Ciuitatis, & Territorij Ferrarienſium huiuſmodi neceſſariorum, & non in alios vſus pro locis, & quantitate, ac iuxta ordinem, formam, & modum per Nos, & Succeſſores Noſtros Romanos Pontifices, ſeu Noſtros; & Sedis Apoſtolicæ in dicta Ciuitate Ferrarienſi pro tempore exiſtentes de latere Legatos præſcribendam, & declarandam conuerti, nec non habentes, & poſſidentes prædia, & bona circumiacentia aggeribus, & alijs operibus ex dictis pecunijs gabellæ conſtruendis, & reficiendis, ac reparandis, ac ex illorum conſtructione, & reparatione maius, & immediatum commodum ſentientes, omneſque alios concurrere conſuetos ad prædictas reparationes, refectiones, & conſtructiones, necnon manutentiones, & conſeruationes iuxta ſolitum, & declarationem per dilectos filios Iudicem, & Magiſtratum Sapientum dictæ Ciuitatis Noſtræ Ferrarienſ. cum participatione, & conſenſu eiuſdem Legati, & non alias faciendam, & exequendam concurrere volumus, & mandamus. Decernentes in conſtructione, ſeu reparatione prædictis loca verſus Vallem, ſeu Valles Comaclenſes, ac Poleſinum Sancti Georgij nuncupati cæteris præferri, prorogationem verò ſiue nouam impoſitionem gabellæ huiuſmodi prædictis triginta annis durantibus, & ad effectum præmiſſum dumtaxat durare debere, & interim non ſolum Laicos quoſcunque quantumuis priuilegiatos, ſed etiam omnes, & ſingulas perſonas Eccleſiaſticas tàm ſæculares, quàm quorumuis Ordinum etiam Mendicantium, ac Congregationum, & Societatum,

nec

nec non Hoſpitalium, etiam Sancti Ioannis Hieroſolymitani, & Militiatum Regulares quantumuis exempras, & ſimiliter priuilegiatas, ac in conſtitutione dicti Pij Prędeceſſoris explicitè, vel implicitè compręhenſas, etiam ſi adhuc durauerit facultas exigendi alium quatrenum pro qualibet huiſmodi libra carnis ad fauorem Montis Pietatis dictæ Ciuitatis ad ſolutionem gabellę per pręſentes protogatæ, ſeu de nouo impoſitæ omninò teneri, & obligatos eſſe, nec ſe ab ea prætextu, aut vigore quorumcumque priuilegiorum, & indultorum etiam à Sede prædicta ſub quibuſuis verborum expreſſionibus, & formis emanatorum, etiam in viridi obſeruantia exiſtentium, liberos, immuneſque dicere, aut alias quomodolibet tueri, aut præſeruare poſſe ſed ad eamdem ſolutionem omnibus opportunis iuris, & facti remedijs etiam inuitos, & reclamantes omni, & quacunque appellatione remota cogi, & compelli poſſe, & debere, præſenteſque noſtras litteras ex quouis capite, vel cauſa de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, annullari, vel inualidari, ſeu in ius, vel controuerſiam vocari nullatenùs poſſe, ſed illas validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectare poterit in futurum firmiter, & inuiolabiliter obſeruari, & adimpleri, ſicque, & non aliter per quoſcunque Iudices ordinarios, & Commiſſarios, quauis auctoritate fungentes etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Vicelegatos ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiri debere, irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in dicta Ciuitate de latere Legato, nec non eius Vicelegato per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios pręſentes litteras, & in eis contenta quęcunque vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Magiſtratus, ac Communitatis, & hominum prædictorum deſuper fuerint requiſiti ſolemniter publican. illique in pręmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra eaſdem pręſentes, & in eis contenta quæcunque per quoslibet dictę Camerę Offitiales, & Commiſſarios firmiter obſeruari, Non permittentes eoſdem Magiſtratum, Communitatem, & homines deſuper à quocunque indebitè moleſtari, perturbari, vel aliàs quomodolibet impediri. Con-

tradicto-

tra dictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendi, legitimisque ſuper his haben. ſeruatis proceſſibus, cenſuras, ac pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggrauandi, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus ſingulis præmiſſis, ac piæ mem. Bonifacij Papæ Octaui Prædeceſſoris noſtri de vna, & in Concilio generali ædita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentium in iudicium non trahatur, nec non prædicta Pij Quinti prædeceſſoris, & alia rec. mem. Pij Papæ Quarti ſimiliter Prædeceſſoris noſtri, de gratiis, & conceſſionibus intereſſe dictæ Cameræ quomodolibet concernentibus in eadem Camera infra certum inibi expreſſum tempus præſentandis, & regiſtrandis, ita quod Magiſtratus, ac Communitas, & homines prædicti ad id non teneantur, & tamen præſentes valeant, & illis ſuffragentur, aliiſque quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtol. necnon dictæ Cameræ Ferrarienſi, eiusque Ciuitatis, ac locorum totius eius diſtrictus, Territorii, & Comitatus, ac Ordinum, & Congregationum, Societatum, Hoſpitalium, & Militiarum, quorum Regulares prædicti fuerint etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, ſtatutis, legibus, ſtabilimentis, vſibus, & naturis, conſuetudinibus, ac prædictis, & quibuſuis aliis priuilegiis, indultis Apoſtolicis eidem Ciuitati Ferrarienſi, & locis, aut perſonis totius eius diſtrictus, Territorii, & Comitatus, ac dilectis filijs Clero, & Populo eiuſdem, necnon Ordinibus, Congregationibus, & Societatibus, ac Militiis prędictis, eorumque Superioribus, & pręſertim Hoſpitalium, & Militiarum huiuſmodi Magiſtris, Conuentibus, Militibus, aliisque perſonis prædictis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, etiam conſiſtorialiter, & alias in contrarium, etiam iteratis vicibus quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi pro ſufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo, ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quęuis alia expreſſio habenda foret, illorum tenorem præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris,

hac

hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæterisque contrariis quibuſcunque.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die decimaſeptima Aprilis, Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo octauo, Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

M. A. Maraldus.

Digitized by Google

B R E V E

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

VRBANI OCTAVI.

Quod

EXECVTIO, SEV PROCESSVS

Ad vlteriora non retardetur, ſi quis à ſententijs diffinitiuis, aut etiam interloquutorijs appellauerit, vel aliàs ad Vrbem recurſum habuerit.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

INTER grauiſſimas, quibus in regiminis vniuerſalis Eccleſiæ onere ſufferendo, variè diſtrahimur, curas, ea Nos potiſſimùm vrget ſollicitudo, vt ſubditi noſtri, ſublatis, refectisque quantùm fieri poteſt, lõgatum inter eos litium ambagibus, in pacis amœnitate fœliciter, & proſperè regantur, & gubernentur. Hinc eſt, quod Nos cupientes breuitati litium in Ciuitate noſtra Ferrarienſi pro tempore pendentium quantùm in Nobis eſt, earumque diſpendijs occurrere, litterasq; noſtras in ſimili forma Breuis, aliàs à Nobis ſub die decima Martij 1625. emanatas ad infraſcriptum tenorem, & formam reducentes; Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium ſtatuimus, quòd etiam de cætero perpetuis futuris temporibus, ſi aliquis ad Nos,

ſeu Rom. Pont. ſucceſſores noſtros, Sedemq; Apoſtolicam prętextu, ſeu vigore cuiuſcunque appellationis, nullitatis, dictionis, iniuſtitiæ, grauaminis, ſeu aliàs quomodolibet recurſum habuerit, in cauſis in Ciuitate noſtra Ferrarienſi prædicta terminatis, ſeu pendentibus nullatenùs retardetur, nec ſuſpendatur executio ſententiæ, vel ſententiarum diffinitiuarum in eadem Ciuitate Ferrarienſ. pro tempore latarum, in cauſis, in quibus de iure, vel ex conſtitutionibus Apoſtolicis, vel ex ſtatutis ipſius Ciuitatis Ferrarienſis auctoritate Apoſtolica confirmatis, vel aliàs quomodolibet appellatio, nullitatis dictio, & ſeu iniuſtitiæ allegatio minimè, vel dumtaxat ad effectum deuolutiuum admittitur, prout in executiuis, ſiue poſſeſſorijs, aut obligationis Cameralis, vel pacti de non appellando; aut de nullitate non dicendo, circa quod Statutum Ferrariæ omninò obſeruari præcipimus, vel vbi extant duæ conformes ſententiæ, vel vnica ſententia alicuius Ferrarienſis Iudicis, facultatem iudicandi appellatione remota, habentis, & alijs ſimilibus cauſis, obſeruari conſueuit. Volumus enim tunc ad executionem prædictarum ſententiæ, vel ſententiarum diffinitiuarum procedi, niſi Sedis Apoſtolicæ Legatus, vel Vicelegatus in dicta Ciuitate Ferrarienſi pro tempore exiſtens, ſi coram eis, vel eorum altero ſuper prædicta executione facienda, vel retardanda inter Victorem, & Victum orta fuerit controuerſia, declarauerit in illarum executione ſuperſedendum fore; Inſuperque prohibemus appellare de nullitate, & iniuſtitia dici, & ex quocunque alio capite, vel prætextu prædictum recurſum haberi, à decretis, ſeu ſententijs interlocutorijs in dicta Ciuitate Ferrarien. pro tempore factis, & latis, præterquam in illis, quæ habent vim diffinitiuæ, vel inferunt grauamen, quod in diffinitiua reparari non poteſt, nihilominùs, ſi decretum, vel ſententiam interlocutoria huiuſmodi habens vim diffinitiuæ, vel inferens grauamen prædictum irreparabile fiat, vel feratur in illis cauſis, in quibus de iure, vt ſupra dictum eſt, appellatio, nullitatis dictio, iniuſtitiæ allegatio, & ſeù recurſus ſaltem ad effectum ſuſpenſiuum non admittitur, tunc pariter illarum executio non retardetur, niſi Legatus, vel Vicelegatus huiuſmodi, vt ſupradictum eſt executionem retardandam eſſe decreuerit; Decernentes præſentes litteras ſemper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuosq; plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inuiolabiliter obſeruari, ſicq; per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores

tores

tores iudicari, & diffiniri debere, irritumq; & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictę Ciuitatis etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium pręmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores pręſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cęteriſq; contrariis quibuſcunque.

Dat. Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die vigeſimaprima Menſis Aprilis, Milleſimo ſexcenteſimo nonageſimonono, Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

M. A. Maraldus.

CONCESSIO
SANCTISSIMI
DOMINI NOSTRI
VRBANI PAPÆ OCTAVI
Iuris piſcandi in Alueo Padi Volanæ à Terra Bondeni vſque ad Mare.
COMMVNITATI FERRARIÆ
Ad publicum beneficium facta.

IN nomine Domini Amen. Præſenti publico Inſtrumento cunctis vbiq; pateat euidenter, & notum ſit, quod anno à Natiuitate eiuſdẽ Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto, indictione nona, die verò vigeſima nona Menſis Octobris, Pontif Sanctiſſimi in Christo Patris, & D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui anno quarto. Cùm nuper Sanctiſs. D. N. D. Vrbanus Diuina prouidentia, Papa Octauus, chirographum manu Sanctitatis ſuæ ſubſignatum Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Hieronymo Vidono in vtraq. Signatura Refe-rendario, ac eiuſdem Sanctiſſimi, & Cameræ Apoſtolicæ Theſaurario generali direxerit huiuſmodi ſub tenore videlicet.

Monſignor Vidone noſtro Theſoriero generale. Hauendoci fatto ſupplicare la noſtra Communità di Ferrara, che gli voleſſimo far gratia d'inueſtirla della peſca dell' Alueo del Pò di Volano, ch'è dal Bondeno fino al Mare, per tenerla à publico benefitio quando per ſe ſteſſe vi concorreranno l'acque, eſſendo di preſente il detto Alueo aſciutto, & per le relationi hauute dal Reuerendiſs. Cardinale di San Marcello Legato di quella giuriſditione, & da Monſig. Corſini

già

già deputato da Noi ſopra il negotio di dette acque, condeſcendendo noi volontieri per noſtra ſpecial gratia di concederli, con patto, che ſenza pagamento alcuno ſia lecito ad ogn'vno il peſcarui, purche non ſi faccino nell' Alueo opere, e non vi ſi adoperino reti, che poſſano impedire in modo alcuno il corſo dell'acque, & con peſo di pagare ogn'anno per conto di queſta conceſſione alla noſta Camera nella vigilia, ò feſta de' SS. Pietro, e Paolo qui in Roma Scudi quattro di moneta. Però in conformità di queſta noſtra gratia vi ordiniamo con la preſente, che ne ſtipuliate l'Inſtrumenti neceſſarii con l'obligo della noſtra Camera, & altre clauſule opportune, poiche tal'è mente, e volontà noſtra eſpreſſa non oſtante qualſiuoglia conſtitutioni, & ordinationi Apoſtoliche, decreti etiam conſiſtoriali, ſtatuti, riforme, & priuilegi, vſi, ſtili, conſuetudini, e tutte altre coſe, che faceſſero in contrario, à quali tutte, & ſingole hauendo il lor tenore qui per eſpreſſo à ſofficienza per queſta volta ſolamente, & à queſto effetto eſpreſſamente deroghiamo.

Dat. nel noſtro Palazzo Apoſtolico in Monte Cauallo, li 12. Settembre 1626.

Vrbanus Papa VIII. Cumque poſtmodum prædictum chirographum in plena Camera Apoſtolica ſolemniter admiſſum, & regiſtratum extiterit, prout ex decreto in calce illius adnotato tenoris ſequentis videlicet. Die quinta Menſis Octobris 1626. Præſens Sanctiſs. D. N. chirographum in plena Camera Apoſtolica exhibitum, & præſentatum fuit, & ex decreto ipſius Cameræ commiſſum Perilluſtr. & Reuerendiſſimo D. Alexandro Matthęio prędictæ Cameræ Decano. Et ſubinde die 12. eiuſdem menſis pariter ex decreto eiuſdem Cameræ citato deſuper admodum Illuſtr. & Reuerendiſs. D. Antonio Lambardo eiuſdem Sanctiſs. & prædictæ Camerę generali Commiſſario, referente q; eodem Reuerendiſs. D. Decano admiſſum fuit, & regiſtratum in libro ſecundo ſignaturarum eiuſdem Sanctiſs. ſub folio 146. pænes me infraſcriptum dictæ Cameræ Notarium. Hinc eſt, quod in mei Notarij publici, teſtiumque infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum habitorum, & rogatorum præſentia præſens, & perſonaliter exiſtens prædictus Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Theſaurarius generalis Suę Sanctitatis, & prędictæ Cameræ nomine ſpontè, &c. omino meliori modo, &c. ius piſcandi in Alueo Padi Volanę à Terra Bondeni, vſque ad Mare quando per eum ex ſe aquę fluent Illuſtriſs. Communitati Ciuitatis Ferrariæ, abſenti Illuſtriſs. D. Comite Cæſare Eſtenſe Muſto prædictæ Ciuitatis apud Sanctiſs. D. Noſtrum Oratore, ac Procuratore ad infraſcripta ſpecialiter conſtituto per Inſtrumentum in actis mei, &c. exhibitum inferius regiſtrandum præſente, & vna mecum

 Nota-

Notario, &c. ſtipulante, &c. ad publicum tamen beneficium, & ſub pactis, & onere infraſcriptis, ac iuxtà formam prædicti chirographi conceſſit, &c. ad habendum, &c. iuxtà continentiam, & tenorem pręſentis conceſſionis, & cum pacto, & conditione expreſſis, quod vnicuique abſque vlla ſolutione liceat piſcare in dicto Alueo, dummodo in eo non fiant opera, & retia non adhibeantur per quę curſus aquarum modo aliquo impediri valeat. & cum onere, quod prædicta Communitas teneatur prout dictus Illuſtriſs. D. Orator, & Procurator promiſit ſoluere quolibet anno in perpetuum prædictæ Cameræ Apoſtolicæ eodem Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Theſaurario præſente, & pro ea vnà mecum Notario, &c. ſtipulante, &c. pro cenſu, & in recognitionem ſui directi dominij, quod eidem Cameræ idē Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Theſaurarius expreſsè reſeruauit Scuta quatuor monetæ in vigilia, ſeù feſto SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum hic Romæ liberè, &c. Et huiuſmodi conceſſionem prædictus Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Theſaurarius generalis quo ſupra nomine fecit, &c. in exequutionem, & pro adimplemento prędicti chirographi, ac cum reſeruatione, pactis, onere, decretis, derogationibus, & clauſulis in prædicto chirographo, & pręſenti Inſtrumento contentis, ac iuxtà eiuſdem chirographi formam, continentiam, & tenorem. Quæ omnia, &c. Alius, &c. Pro quibus, &c. prædictus Illuſtriſsimus, & Reuerendiſs. D. Theſaurarius prędictam Cameram Apoſtolicam, illiusq; introitus, redditus, & bona, prædictus verò Illuſtriſs. D. Comes Cęſar Orator, & Procurator prædictus prędictam Illuſtriſſimam Communitatem Ciuitatis Ferrariæ, illiusque introitus, redditus, & bona in forma eiuſdem Cameræ, cum clauſulis, &c. citra, &c. ad inuicem obligarunt, &c. renunciantes, &c. conſentientes, &c. vnica, &c. iurarunt tactis pectore, & ſcripturis reſpectiuè ſuper quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis petitum fuit à me eodem Notario publico infraſcripto, vt vnum, vel plura conficerem inſtrumentum, & Inſtrumenta. Actum Romę in ędibus ſolitę reſidentię eiuſdem Illuſtriſſimi D. Theſaurarij in Regione Arenulę, pręſentibus ibidem Ill. DD. Marco Polo Fulginatenſis, & Andreę Cōſumato Ferrarienſis teſtibus ad pręmiſſa omnia, & ſingula habitis, vocatis ſpecialiter, atque rogatis.

Tenor Inſtrumenti, de quo ſupra fit mentio talis eſt videlicet. In Chriſti nomine Amen. Anno eiuſdem Natiuitatis milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto, Indictione nona, Pontificatus Sanctiſſimi D. N. Vrbani Papę Octaui anno quarto, die verò decima

mentis

menſis Octobris, Ferrariȩ in Palatio infraſcripti Illuſtriſſimi Dom. Iudicis Sapientum, & in parte Superiori dicti Palatii, & in Camera proſpiciente ſuper viridario, ſeù Horti Palatii prȩſcripti, ſito in contrada Sanctȩ Mariȩ à Vado, prȩſentibus teſtibus, &c. Mag. D D. Sigiſmundo q. Hieronymi Benaliȩ Ciue Ferrariȩ ex priuilegio, & Iacobo Conſtantio q. Bernardini de Statu Veneto, ambobus familiaribus dicti infraſcripti Illuſtriſſimi D. Iudicis Sapientum, & Cõuocati, & congregati in loco prædicto, ob indiſpoſitionem infraſcripti Illuſtriſſimi D. Iudicis, ſcribēdum idem Illuſtriſſimus D. Cȩſar Calcagninus Marchio, ac Iudex Sapientum, ac per Ill. DD. Io. Paulus Carpius I. V. D. & Galeatius Landrinus Artium, & Medicinæ Doctor, & Papinianus Piſtophilus, & Franciſcus Martinellus I. V. D. & Alphonſus Iſnardus, & Aloyſius Cechinus, & Io. Baptiſta Contrainus pro Artibus, & omnes tamen Sapientes Illuſtriſſimi Magiſtratus Ciuitatis Ferrariæ, in valido, & ſufficienti numero congregati, totumque Illuſtriſſimum Magiſtratum prædictum facientes, & repræſentantes nomine Illuſtriſſimæ Communitatis Ferrariæ, ſupplentesque loco, & defectum aliorum DD. Sapientum ex legitimis impedimentis abſentium, & qui ſponte, &c. omni meliori modo non reuocando propter hoc aliquem alium Procuratorem Illuſtriſſimȩ Communitatis Ferrariȩ hactenus conſtitutum, ſed potiùs confirmando fecerunt, crearunt, & ſolemniter ordinarunt eiuſdem Illuſtriſſimæ Communitatis Procuratorem, & negotiorum infraſcriptorum geſtorem, & nuncium ſpecialem, & generalem, ita tamen, quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec è contra, &c. Illuſtriſſimum D. Comitem Cȩſarem Muſtium Eſtenſem, Nobilem Ferrariæ, & pro Illuſtriſſima Communitate Ferrariæ apud eumdem Sanctisſimum D. N. D. Vrbanum Octauum Oratorem abſentem tamquam præſentem, & ſpecialiter, & expreſsè ad nomine dictæ Illuſtriſſimæ Communitatis, & pro ea acceptandum conceſsionem prȩdictæ Ciuitati Ferrariȩ factam per eumdem Sanctiſſimum D. N. Papam Vrbanum Octauum, piſcationis in Alueo Padi Volanæ à Terra Bondeni, vſque ad Mare pro publico beneficio, iuxta formam chirographi eiuſdem Sanctiſsimi, die 12. Septembris 1626. deſuper ſignati ſub eo annuo cenſu, in quem idem Illuſtrisſimus D. Orator conſtiturus conuenire, & accordari poterit cum Illuſtrisſimo, & Reuerendiſſimo D. Vidono Theſaurario Generali Reueren. Camerȩ Apoſtolicæ; Nec non, & cenſum prædictum, vt ſupra accordatum quolibet anno Cameræ Apoſtolicæ in vigilia, ſeu feſto Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum in Vrbe ſoluere, &

cum

cum effectu tradere promittendum, ſub pœnis contentis in Conſti-
tutione fel. rec. Gregorij Papæ XIII. contra nõ ſoluentes cenſus de-
bitos prędictæ Cameræ, omneſque alias promiſsiones in præmiſsis
fieri neceſſarias, & opportunas faciendum, & hunc cenſum prędi-
ctum, vt ſupra accordandum, & ſi, & cum per dictum Illuſtriſsi-
mum D. Comitem conſtiturum fuerit accordatum, & conuentum
cum dicto illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Vidono Commiſſa-
rio quolibet anno in perpetuum in vigilia, ſeù feſto prędictorum
Cameræ Apoſtolicę prędictę realiter, & cum effectu perſoluendum,
illumque recipi, & in libris dictæ Camerę deſcribi, & de eo quieta-
tiones fieri petendum, & obtinendum, & pro obſeruatione promit-
tendum per dictum Illuſtriſs. D. Oratorem, vt ſupra conſtitutum
Procuratorem Cemmunitatem prędictam dictę Ciuitatis Ferrariæ,
eiuſque bona omnia iura, & introitus præſentia, & futura in forma
Cameræ prædictæ obligandi, & hyppotecandi, renunciandumq;
cuicumque appellationi, &c. & iuramenti, & cum clauſula ad li-
tes in forma, &c. & cum facultate, & poteſtate ſubſtituendi, &c. Et
generaliter, &c. Dantes, &c. Promittentes, &c. Et ſub hyppothe-
ca, & obligatione omnium, & ſingulorum bonorum Illuſtriſſimę
Communitatis prædictę pręſenti, & futurorum, & volentes, &c.
Et releuantes, &c. & ſuper quibus omnibus, & ſingulis, vt ſupra
contẽtis petitum fuit à me Notario vnum, ſeù plura confici Inſtru-
mentum, & Inſtrumenta. Et quia de prędictis omnibus, & ſingu-
lis, vt ſupra deſcriptis.

*Ego Ioannes à Monetis Notarius publicus Ferrariæ, Apoſtolica, & Im-
periali auctoritate necnon, & Notarius Illuſtriſſimæ Communitatis Ferrariæ
præſens fui, & rogatus extiti, in quorum fidem me ſubſcripſi, & ſignaui.*

Locus ✠ Signi Notarij.

Nos Petrus Ioannes Bonafides I. V. D. Illuſtriſs. & Renerendiſs.
D. Cardin. Lenij Ferrariæ Epiſcopi Vicarius Generalis. Vniuerſis,
&c. fidem facimus, & atteſtamur ſupradictus Dominus Ioannes à
Monetis de ſupradictis rogatus fuiſſet, & eſſe Notarium publicum
legalem, & authenticum, ac talem, qualem ſe facit, ſcripturisque
ſuis publicis in vtroque iudicio plenam fidem adhiberi omnibus
plenè atteſtamur. Datum Ferrariæ die 17. Octobris 1626.

Loco ✠ Sigilli Legalitatis.

Petrus Paulus Brunettus Cancell. Epiſc.

Ego

Ego Dominicus de Carraria Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ Notarius, de præmiſſis rogatus, præſens Inſtrumentum ſubſcripſi, & publicaui req.

Hippolytus Sancti Angeli in Foro Piſcium Diaconus Cardinalis Aldobrandinus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarius. Vniuerſis, &c. Notum facimus, & atteſtamur ſupradictum Dom. Dominicum Fonthiam de ſupraſcriptione Inſtrumento rogatum, & qui illud ſubſcripſit, & publicauit eſſe noſtrum, & Cameræ Apoſtolicæ Notarium, eiusq; publicis Scripturis ſemper adhibitam fuiſſe, & de præſenti plenam adhiberi fidem in iudicio, & extra vbique locorum. In quorum fidem, &c.

Dat. Romę in Camera Apoſt. die 4. Nouembris 1626.

Paſsinus de Totis.

BREVE

Digitized by Google

BREVE

Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ

VRBANI OCTAVI.

In quo

Concedit facultatem renouandi inueſtituras in Ciuitate Ferrarienſi.

Dilecto Filio Noſtro Ioanni Baptiſtæ Titul. S. Syluestri in Capite Presbytero Cardinali Pallotto nuncupato, in Ciuitate, & Ducatu Noſtris Ferrarienſibus Noſtra, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legato.

VRBANVS PAPA VIII.

Dilecte Fili Noſter Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

PATERNA de noſtris, & S. R. E. ſubditis cura, & ſollicitudo poſtulat, vt in ijs, quę ad eorundem ſubditorum vtilitates, & commoda pertinere dignoſcuntur, Paſtoralis officii noſtri partes fauorabiliter interponamus. Aliàs ſiquidem fel. rec. Clemens Papa VIII. Prędeceſſor noſter occaſione reuerſionis, & deuolutionis ad Sedem, Cameramq; Apoſt. Ducatus, & Status Ferrarienſium, eiuſdem Ciuitatis Ferrarienſis ciuibus, feudatariis omnes inueſtituras per eos à Ducibus, ſiue Principibus familię Eſtenſis anteà obtentas abſque alicuius iocalis ſolutione, ſeù alterius rei contributione per chirographum manu ſua ſubſcriptum confirmauit, voluitq; vt ſingulo quoque viginti nouem annorum curriculo Ciues prędicti earumdem inueſtitu-

tarum

rarum renouationem ab eadem Camera petere,& accipere, & alias prout in dicto Chirographo, cuius tenorem præſentibus pro expreſſo haberi volumus pleniùs continentur. Cum autē ſicut prædictæ Ciuitatis, et alii legationis huiuſmodi Ciues, et incolæ Nobis nuper exponi fecerūt finis dictorum viginti nouem annorum propè diem inſtet, renouationes verò inueſtituratum huiuſmodi in Alma Vrbe noſtra non ſine graui Ciuium prędictorum propter eorum multitudinem perturbatione fieri poſſint, et propterea attento quod inueſtiturę huiuſmodi in dicta Ciuitate Ferrarienſi factę fuerunt, earum etiam renouationes ibi fieri poſſe ſummoperè deſiderent, nonnulli intrà iſtius legationis fines bona feudalia,ſiue liuellaria per eos empta, ſiue nomine dotis reſeruato Sedis Apoſtolicę beneplacito acquiſita poſſideant, & poſtmodum canonem, non petitis beneplacito, neque inueſtitura huiuſmodi, prout tenebantur, perſoluerint, alii bona huiuſmodi eodem modo acquiſiuerint, ſed canonem nunquam perſoluerint,alij in ſimilium bonorum poſſeſſione reperiantur, et annis ſingulis canonem perſoluerint, quo tamen titulo illa poſſideant, ignorent, nec vllam ſuę inueſtiturę notitiam vnquam habuerint, alii inueſtituram cum pacto eam ſingulis vig nti nouem annis renouandi habeant, nec illam etiam ſi à quadraginta, quinquaginta, ac ſexaginta, et amplius annis facta fuerit, renouauerint, alij demum bona huiuſmodi abſq; eo quod inueſtituram petant vti hęredes tranſuerſales poſſederint, et poſſideant, licet difficultas ſubſit, an realiter comprehendantur. Nos Ciuium, et incolarum prędictorum votis quātum cum Domino poſſumus annuere, eoſque ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore conſentes ſupplicationibus eorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati. Quod de cętero perpetuis futuris temporibus renouationes inueſtiturarum huiuſmodi in dicta Ciuitate Ferrarienſi fieri debeant per procuratorem,ſeu Commiſſarium à Camera Apoſtolica deputandum, nec feudatarii prędicti in dictarum inueſtiturarum renouationibus de viginti nouem in viginti nouem annos expediendis ad ſolutionem iocalium eidem Camerę, minuſque eius officialibus, & miniſtris, ac notariis quibuſcunque etiam ratione illarum conceſſionis, vel regiſtrationis faciendam teneantur, niſi pro vnica deputatione

putatione ſeu, conſtitutione dicti procuratoris ad ipſas renouationes in dicta Ciuitate Fettarienſi, vt præfertur de viginti nouem in viginti nouem annos faciendas, itaut vnicum dumtaxat iocale tūc ſoluendum ſit, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium decernimus, & declaramus. Præterea circumſpectioni tuæ omnibus, & ſingulis Ciuibus, & incolis prædictis caducitatem, ſeu caducitates ob non ſolutionem Canonis, & Capoſoldi, ſiue laudemii incurſam, ſeu incurſas auctoritate noſtra ſemel, & pro vna vice tantum remittendi, & condonandi, ac ſuper canonibus, ſiue laudemiis huiuſmodi concordandi, illoſque, & illa mutandi, & augendi, quoſcunque ad canonum, ſiue laudemiorum huiuſmodi decurſorum, & non ſolutorum ſolutionem cogendi, & compellendi, omnibuſque, & ſingulis caſibus ſupra expreſſis opportunè prouidendi præuia etiā reſtitutione in integrū, ac inſuper inueſtituras renouandi, illasq; nō habentibus ſub canone tibi beneuiſo concedendi, cum hoc tamen quod ſemel conceſſis inueſtituris mutatis, auctis, declaratis, vel conſtitutis canonibus, laudemijs illos, & illa vlterius concedere, mutare, augere, declarare, vel conſtituere minimè valeas, aliaq; omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna faciendi, gerendi, & exequendi plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis. cæteriſq; contrarijs quibuſcunque.

Dat. Romæ, apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris, die xv. Septembris 1631. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

M. A. Maraldus.

Die x. Octobris 1631. Præſentes Litteræ Apoſtolicæ in plena Camera Apoſtolica exhibitæ, & præſentatæ fuerunt, & ex decreto ipſius Cameræ commiſſæ Perilluſtri, & Reuerendiſſimo D. Paulo Matthæo dictæ Cameræ Clerico, & ſubinde die x. menſis Nouembris eiuſdem anni, citato prius Reueren. P. D. Felice Contilorio Sanctiſſimi D. N. & Cameræ Apoſt. generali Commiſſario, referente eodem Reuerendiſſ. D. Matthæo Iudice, Camera ipſa cum hoc, quod renouationes, remiſſiones, & alia in ijsdem litteris expreſſa fiant ſub rogitu infraſcripti D. Ruffini Plebani dictæ Cameræ Notarij, & Archiuij eiuſdem Cameræ Cuſtodis, vel eius ſubſtituti iuxta ordinationem fel. rec. Clementis Papæ VIII. & reſolutionem aliàs in Camera factam, litteras ipſas admiſit, eaque regiſtratæ fuerunt per eumdem infraſcriptum Notarium, in lib. iij. Signatur. Sanctiſs. D. N. Papæ, ſub fol. 76.

Matthæus Cam. Apoſt. Cler. & Iudex.

Ruffinus Plebanus.

BREVE

HIPPOLYTVS Miſeratione diuina Tituli S. Angeli in Foro Piſcium, Diaconus Cardinalis Aldobrandinus, S. R. E. Camerarius. Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Ioanni Baptiſtæ tit. Sancti Siluestri, Presbyter Card. Pallotto Ciuitate, & Ducatus Ferrariæ de Latere Legato. Salutem. Cum nuper Sanctiſſimus Dominus Noſter D. Vrbanus Diuina Prouidentia Papa VIII. Ciuibus Ferrarienſ. Sanctæ Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ Feudatarijs Inueſtituras eis, vel eorum Auctoribus per dictam Cameram conceſſas, ſeu confirmatas habentibus, qui illarum renouationes ſingulis viginti nouem annis ab ipſa Camera petere, & accipere teneatur indulſerit, quod huiuſmodi renouationes fieri debeant per Procuratorem, ſeu Commiſſarium à prædicta Camera Apoſtolica in dicta Ciuitate deputandorum, & alias, prout in litteris Apoſtolicis, ſub Annulo Piſcatoris, vt moris eſt, expeditis, & in Actis infraſcipti noſtri, & Cameræ prædictæ Notarij, regiſtratis pleniùs continetur; negocioque huiuſmodi in Camera Apoſtolica propoſito, & per Nos, & dictam Cameram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Dom. Paulo Mattheio ipſius Cameræ Præſidenti Clerico commiſſo, maturèque in eadem Camera diſcuſſo, Nos, & prædicta Camera inſequen. ordinem fel. rec. Clem. Papæ VIII. Eminentiam ſuam ad renouandum cum interuentu tamen, & aſſiſtentia D. Commiſſarij, prædictæ Cameræ in iſta Ciuitate reſidentis, & præuia recognitionum, & ſeu aliorum iurium dictæ Cameræ debitorum ſolutione prædictas inueſtituras, ſub rogito tamen infraſcripti D. Ruffini Piebani dictæ Cameræ Notarij in eiuſdem Cameræ Archiuij Cuſtodis, ſiue Notarij ad id pro tẽpo alias, ſpecialiter deputati, & non aliàs eligen. & deputan. fore, & eſſe duximus. Quocirca de mandato Sanctiſſimi D.N. Papæ viuæ vocis oraculo nobis deſuper facto, & auctoritate Noſtri Camerariatus officij, ac ex decreto in eadem Camera facto, Eminentiam ſuam ad prædictas Inueſtituras prædictæ Cameræ nemine renouandum in fauorem dictorum Feudatariorum cum interuentu, & ſub rogitu, modoque, & forma præmiſſis, & iuxta diſpoſitionem prædictarum Litterarum Apoſtolicarum Sanctiſſimi D. N. & non aliàs aliter nec alio modo, tenore pręſentium eligimus, & deputamus, Dantes tuæ Eminentiæ plenam, & omnimodam facultatem, & auctoritatem iuxta earumdem Apoſtolicarum, & præſentiæ noſtrarum litterarum formam, & tenorem renouationis earumdem Inueſtituram faciendi, recognitionesq; & ſex alia iura dictæ Cameræ debita exigendi, & recipiendi, deque ex actis, & receptis ſoluentes, & quos

opus fuerit quietandi, & inſtrumentum quodcunque neceſſarium, & opportunam ſub rogitu eiuſdem infraſcripti Notarij, vel alterius, vt præfertur ab eo deputati celebrari faciendi, omniaque & ſingula alia faciendi, gerendi, dicendi, & exequendi in præmiſſis neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna, non obſtantibus omnibus, quæ idem Sanctiſſimus in dictis litteris Apoſtolicis voluit non obſtare, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. In quorum fidem, &c.

Dat. Romæ in Camera Apoſt. Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo primo, Indictione decimaquarta, die verò decima Nouembris, Pontificatus in Chriſto Patris, & D. N. D. Vrbani diuina prouidentia Papæ Octaui, Anno Nono.

P. Abb. Matthęus Cam. Apoſt. Cler. & Iud.

Felix Contilorius Cam. Apoſt. Commiſs. Gen.

Ruffinus Plebanus.

Regiſtr. in Lib. xvj. Diuerſorum, fol. 24.

ERECTIO.

Digitized by Google

ERECTIO
Montis Sanitatis,
A Sanctiſsimo Domino Noſtro
VRBANO PAPA OCTAVO
CIVITATI FERRARIENSI
Nuperrimè impertita.

Et non modò proprijs fructibus locupletata, Verùm etiam ampliſsimis Priuilegijs munita.

VRBANVS PAPA VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

PATERNA de noſtris, & S. R. E. ſubditis cura, & ſollicitudo poſtulat, vt eorum commoditatibus, & ſaluti, quantùm cum Domino poſſumus, iugiter conſulamus. Cum itaque ſicut accepimus dilecti Filij Iudex, & Magiſtratus Sapientum Ciuitatis noſtræ Ferrarienſis ad auertendam, quantùm diuinæ placuerit miſericordiæ, contagionem in nonnullis Lombardiæ partibus graſſantem, varia, atque grauia expenſarum onera ſubeant; Nos vt Iudex, & Magiſtratus prædicti præmiſſa faciliùs, et minore, quo fieri poteſt, eorum incommodo peragere valeant

Digitized by Google

pro noſtro paſtoralis officij debito opportunè prouidere, illosq; ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, & illorum ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſiionis, & interdicti, aliisq; eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtũt, ad effectum pręſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eiſdem Iudici, & Magiſtratui, vt in prædicta Ciuitate dumtaxat vnam duorum quatrinorum cum dimidio alterius ſimilis quatrini monetæ illarum partium ſuper qualibet libra Salis, & aliam gabellas terriæ partis vnius bolognini ſuper qualibet libra olei imponere, ramq; a quibuſuis perſonis tàm ſęcularibus, quàm Eccleſiaſticis, ac cuiuſuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti etiam Mendicantium vtriusq; ſexus Regularibus, hoſpitaliumque, & aliorum locorum piorum, & quocunque immunitatis, exemptionis, vel alio quouis priuilegio ſuffultis, etiam ſi de illis ſpecialis, ſpecifica, vel expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, exigere liberè, & licitè poſſint, & valeant, tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur, Præthereà ſuper Gabellis vigore præſentium imponendis huiuſmodi, illarumq; exactione, & annuo redditu, qui, vt aſſeritur, ad ſummam ſeptem circiter millium ſcutorum monetæ aſſenſurus eſt, vnum Montem temporalem non vacabilem, & vt infra extinguibilem mille locorum cum annuo redditu ſex ſcutorum pro quolibet loco, ex quibus quidem mille locis trecenta, & quinquaginta dumtaxat per Iudicem, & Magiſtratum prædictos, reliqua verò ſexcenta, & quinquaginta loca huiuſmodi, non niſi de noſtra; ſeu pro tempore exiſtentis Romani Pontificis licentia vendi poſſint, pecuniæ verò ex eorumdem locorum Montium venditione prouenientes in alios vſus, quàm ad auertendam, quantùm Deo propitio fieri poterit, prædictam contagionem, ſeu æris alieni ea de cauſa contracti extinctionem, ſeù prout à Nobis deſuper mandatum fuerit, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & aliis arbitrii noſtri pœnis conuerti, & erogari nequeant, Apoſtolica auctoritate earumdem tenore præſentium erigimus, & inſtituimus, ac illi ſic erecto, & inſtituto, omnes, & ſingulos redditus, & prouentus ex gabellis vigore præſentium imponendis, earumq; exactione, vt præfertur facienda prouenturos, ab omni onere impoſitione, grauamine, & reſtauro,

ac

ac etiam quocũque caſu fortuito, quantumcunq; inexcogitabili liberos, immunes, & exemptos ex quibus fructus locorũ Montis prędicti, perſonis, in eo pecunias ſuas collocantibus ad rationẽ ſex pro centenario annuatim perſoluantur, & quicquid ſuperit in ſolutionem expenſarum per Communitatem, & homines ob cauſam ſupra expreſſam factarum, iiſq; perſolutis in ipſius Montis extinctionem, vt infra faciendam omnino conuertatur, auctoritate, & tenore prædictis applicamus, & appropriamus, ac titulo venditionis concedimus, tradimus, & aſſignamus.

Volentes, quòd quęcunque vtriuſque ſexus perſonæ cuiuſcunque dignitatis, gradus, & conditionis exiſtentes, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, & Eccleſijs etiam Cathedralibus, & Metropolitanis, & Monaſterijs præſint, ac quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia Eccleſiaſtica obtineant, ac in ſacris etiam Presbyteratus ordinibus ſint conſtituti, & quorumuis, non tamen Mendicantium de obſeruantia ordinum, ac hoſpitalium, & mendicorum religioſorum, ac mulieres cuiuſcunque nominis, qualitatis, & conditionis, præterquam illæ, quæ ratione regularis profeſſionis in aliquo ordine Mendicantium de obſeruantia, vt pręfertur, inhabiles, & incapaces exiſtunt, ſuper dicto Monte pro vna, vel pluribus portionibus integris, vel dimidijs quamcumque pecuniarum ſummam, iuxta tenorem præſentium ponere, & pro pecunijs ſic poſitis ad rationem ſex pro centenario annis ſingulis, & quolibet bimeſtri eorum ratam ſine aliquo peccato, & conſcientiæ ſcrupulo, ſeu reſtitutionis, vel ſatisfactionis onere in vtroq; foro, etiam abſque eo, quod eorum ſolutio quorumuis interdictorum, aut repræſaliarum, etiam forſan contra Ciuitates, loca, & Caſtra, aut Dominos, ſeu ſubditos, vel incolas in genere, vel in ſpecie, etiam ex cauſa belli, vel cuiuſuis inobedientiæ, ſeu rębellionis, etiam excogitatarum, incogitatarum decretorum, ſeu relaxatorum, aut quouis alio prætextu denegari, aut protrahi, vel differri queat, recipere, & habere, ac etiam ſi læſæ Maieſtatis, aut alia quæcunque, & qualiacunque, & quantacunque grauia, & grauiſſima crimina, pręterquam in perſonam Romani Pontificis, aut alicuius perſonæ Sanctę Rom. Eccl. Cardinalis, ac Legatorũ, Vicelegatorum, vel Gubernatorum Ferrarienſium pro tempore exiſtẽtium committerentur, & propterea vltimo ſupplicio condemnati, & traditi, ſeu condemnandi, & tradendi forent, ac omnia eorum bona ſint confiſcata, vel confiſcanda de locis, & portionibus Montis huiuſmodi, & emolumentis ſibi ex eo ſpectantibus, necnon pecunijs per eos, qui

ab ipſis cauſam habuerint ſuper eodem Monte poſitis, ita ſtatuimus quod nullatenus confiſcari poſſint, ſed ad eorũ ab inteſtato hęredes, ſeu proximiores, aut alias ſuccedere habentes tranſeant, ac de eis liberè in teſtamento, vel codicillis, aut quocumque contractus inter viuos, in quoſcunque etiam illegitimos, & alios, ac in omnibus, & per omnia iuxta facultates alijs Montibus, & præſertim Almæ Vrbis noſtræ, & Ciuitatis noſtræ Bononienſis per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam Nos conceſſas diſponere, & vt perſonæ pecunias ſuper dicto Monte ponentes, & habentes Collegium inter ſe conſtituant, ac Collegialium iura, & inſignia, ſtatumque, & ordinationes ad inſtar aliorum Montium habeant, illaque mutare, & alterare, dictique Iudex, & Magiſtratus cum participatione tamen, & conſenſu dilecti filij noſtri moderni, & pro tempore exiſtentis in Ciuitate, & Ducatu Ferrarienſibus noſtris de latere Legati Depoſitariũ, Notariũ, & Camplonerium, ac alios quoſcunque Officiales deputare, ac cum participatione, & conſenſu ſimilibus amouere, illisq; ex fructibus, & redditibus eiuſdem Montis ſalaria, & honoraria reſpectiuè conſtituere, & deputare liberè poſſint, & valeant, auctoritate, & tenore prędictis concedimus, & indulgemus.

Decernentes inſuper Montem; & Collegium, ac perſonas huiuſmodi, eorumque aſſignamenta, & iura quęcunque per eos eis, vt pręfertur conceſſa, & aſſignata etiam per Nos, ac dictam Sedem, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, aliquo grauamine, ſeu ordinario, vel extraordinario, onere affici, aut ratione cuiuſcunque pecuniarum ſummæ eidem pro ſubſtentatione onerum Romanæ Eccleſiæ, aut nobis incumbentium, ſeu quacunque alia etiam ex vrgentiſſima, & efficaciſſima cauſa pro tempore impoſito minui, aut ex eis aliquam partem auferri, vel retineri nullatenus poſſe, vel debere, neque Collegium dicti Montis, illiuſque perſonas ad probandum in quos vſus dictæ pecuniæ conuerſæ fuerint, tenori, præſentesq; literas de nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quocunque alio defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut quoquo modo in ius, vel controuerſiam reuocari nullatenus poſſe. Sicq; per quoſcunque iudices ordinarios, & delegatos, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpetandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi quid ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcientèr, vel igno-

ignorantèr contigerit attentari. Volumus autem, vt Iudex, & Magiſtratus, ac deputati prædicti Montem huiuſmodi modo, & forma infraſcriptis redimere, & extinguere, ac ad id etiam ad fauorem Montiſtarum, non ſolùm fructus earundem Gabellarum, ſed etiam ſe ſe, ac omnia, & ſingula Cameræ Ferrarienſis bona efficaciter obligare, etiam in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ omninò teneantur, vtque præfatæ impoſitiones extincto Monte, eo ipſo extinctæ etiam exiſtant, neque vlterius exigi poſſint, quòdq; redẽptio, & extinctio Montis huiuſmodi fieri nequeant, niſi elapſo quinquennio a data præſentium computando, & deinde omninò fieri debeant per Iudicem, & Magiſtratum prædictos coram eodem Cardinali Legato, ſeu eius Vicelegato ijs modo, & forma, quibus redemptiones, & extinctiones Montium Almæ Vrbis noſtræ prædictæ fieri conſueuerunt. Non obſtantibus piæ me. Pij Papæ IIII. prædeceſſoris noſtri de gratijs intereſſe Cameræ concernentibus in eadem Camera infra certum tempus præſentandis, & regiſtrandis, ac quibuſuis alijs Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis præſertim fel. rec. Simmachi, quæ incipit; Non liceat; ac aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, & noſtris, nec non in vniuerſalibus, Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs, Edictis generalibus, vel ſpecialibus, nec non Ciuitatis Ferrarienſis huiuſmodi, alijsq; Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs, quoque indultis, exemptionibus, immunitatibus, & libertatibus, ac literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia: ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut conciſtorialiter, ſeu aliàs quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis; eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac indiuidua, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quauis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda ſit, etiam ſi in eis caueatur expreſsè, quòd illis nullatenus derogari poſſit, eorumque cauſam, & effectum præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis, nec non modos, & formas ad id ſeruandas pro indiuiduo ſeruatis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat

taxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius Notatij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus vbique fides adhibeantur, quę ipſis pręſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, Die x i v. Septembris, milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo, Pontificatus Noſtri Anno Octauo.

M. A. Maraldus.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

NVPER per Nos accepto, quod dilecti filij Iudex, & Magiſtratus Sapientum Ciuitatis noſtræ Ferrarienſis, ad auertendam, quantum Diuinę placuiſſet miſericordiæ, contagionem, in nonnullis Lombardiæ partibus graſſantem, varia, atq; grauia expenſarum onera ſubibant, Nos, vt Iudex, & Magiſtratus prædicti præmiſſa facilibus, & minore quo fieri poſſet, eorum incommodo peragere valerent, pro noſtri Paſtoralis officii debito opportunè prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Eiſdem Iudici, & Magiſtratui, vt in prædicta Ciuitate dumtaxat vnā duorum quatrinorū cum dimidio alterius ſimilis quatrini monetæ illarum partiū ſuper qualibet libra Salis, & aliam gabellas tertiæ partis vnius bolognini ſuper qualibet libra Olei imponere, eamque à quibuſcunq; perſonis tam ſæcularibus, quàm Eccleſiaſticis, ac cuiuſuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti etiam Mendicantium vtriuſque ſexus regularibus, Hoſpitaliumque, & aliorum locorum piorum, etiam quocunque immunitatis, exemptionis vel alio quouis priuilegio ſuffultis, etiam ſi de illis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, exigere libere, & licitè poſſent, & valerent, licentiam, & facultatem conceſſimus, & impartiti fuimus. Prætereà ſuper gabellis imponendis huiuſmodi, illarumque exactione, & annuo redditu, qui, vt aſſerebatur, ad ſummam ſeptem circiter millium Scutorum monetæ aſcenſurus erat, vnum Montem temporalem non vacabilem, & extinguibilem mille locorum cum annuo redditu ſex Scutorum pro quolibet loco, ex quibus quidem mille locis trecenta, & quinquaginta dumtaxat per Iudicem, & Magiſtratum prædictos, reliqua verò ſexcenta, & quinquaginta loca huiuſmodi non niſi de noſtra, ſeu pro tempore exiſtentis Romani Pontificis licentia vendi poſſent, pecuniæ verò ex eorundem locorum Montium venditione prouenientes in alios vſus, quàm ad auertendam, quantum Deo propitio fieri poſſent, prædictam contagionem, ſeu æris alieni ea de cauſa contracti extinctionem, ſeu prout à Nobis deſuper mandatum fuerit, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & aliis arbitrii noſtri pœnis conuerti nequirent ereximus, & inſtituimus, aliaque conceſſimus, volui-

voluimus, ſtatuimus, & fecimus, prout in alijs noſtris deſuper in ſimili forma Breuis expeditis litteris, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur. Cum autem, ſicut denuò accepimus, à nonnullis dubitetur, an vigore prædictarum litterarum liceat eiſdem Iudici, & Magiſtratui gabellas prędictas etiam in Territorio, ſeu Diſtrictu dictę Ciuitatis imponere, & exigere; Nos omnem in præmiſſis dubitandi materiam è medio tollere, dictosq; Iudiecm, & Magiſtratum amplioribus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtant, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes Motu, ac ſcientia, & deliberatione, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſimilibus volumus, & tenore præſentium decernimus, quòd Litteræ Noſtræ prædictæ cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, etiam quoad Territorium, ſeu diſtrictum dictæ Ciuitatis omninò valeant, quodque ipſi Iudex, & Magiſtratus gabellas prædictas, etiam in Territorio, ſeu Diſtrictu dictæ Ciuitatis imponere, & eas iuxta prædictarum litterarum formam exigere liberè, & licitè valeant, perinde, ac ſi in eiſdem litteris prædictis, quod ipſi Iudex, & Magiſtratus Gabellas huiuſmodi in Ciuitate, & eius Territorio, ſeu diſtrictu prædictis, vt præfertur imponere, & exigere poſſent expreſsè conceſſum fuiſſet, earumdem præſentium tenore concedimus, & indulgemus, & ad eum effectum, quatenus opus ſit eaſdem litteras cum omnibus, & ſingulis in eis contentis ad diſtrictum, ſeu Territorium dictæ Ciuitatis extendimus, & ampliamus. Non obſtantibus præmiſſis, ac omnibus illis, quæ in dictis litteris voluimus non obſtare, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, quòd adueniente tempore extinctionis dicti Montis, Eccleſiaſtici primo loco à ſolutione, ſeu contributione gabellarum huiuſmodi omnino liberentur.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris die vigeſima octaua Septembris 1630. Pontificatus Noſtri Anno Octauo.

M. A. Maraldus.

IN

IN NOMINE DOMINI Amen.

ANNO à Natiuitate eiuſdem Domini 1630. Indictione xiii. Menſis Nouembris. Illuſtriſs. DD. Donnus Aſcanius Pius de Sabaudia Sapientum Iudex. Nicolaus Leonius Art. & Med. Doctor. Thomas Gnolius Iuris Vtriuſque Doctor, & Cęſar Signius, & Petrus Antonius Mazzolinus, & Octauius Freguleus, & Auguſtinus Buſellus ambo pro Artibus, omnes tamen Sapientes Illuſtriſſimi Magiſtratus Ciuitatis Ferrariæ in valido, & ſufficienti numero congregati, & ad abundantiorem cautelam vnà cum ipſis Illuſtriſſimi Domini Horatius Trottus, Comes Aloyſius Roſſettus, & Alexander Cananus, abſente Illuſtriſſimo Domino Comite Cæſare Eſtenſe Muſtio, altero ex dictis Dominis Deputatis ex legitimo impedimento Generali Conſilio ab eodem Illuſtriſſimo Magno Conſilio Communitatis dictæ Ciuitatis, ſub die vigeſimotertio menſis Iulii proximè præteriti, habito ſpecialiter ex actis Perilluſtr. Domini Octauii Magnanimi Secretarii, &c. Electi, & Deputati pro reperiendis, & accipiendis pecunijs pro expenſis ſuſtinendis occaſione præſentis ſuſpicionis contagij, & ad illud quantum Deo placuerit auuertendum, & propterea promittendum, & faciendum omnia, & quæcunque, quæ per dictum Magnum Conſilium fieri poterat, vt ex Decreto in dicto Magno Conſilio recepto in fine præſenti regiſtrando apparet, pro executione, & adimplimento dictarum Litterarum Apoſtolicarum dictæ Illuſtriſſimæ Communitatis, eiuſque Dominorum Conſiliariorum nominibus, de Monte antedictum, eiuſq; loca, modis, & formis in eiſdem præcedentibus Litteris præſcriptis extinguendo, & interim fructus eorumdem locorum Montiſtis, qui illa pro tempore obtinebunt ad rationem Scutorum ſex pro quolibet loco, & anno perſoluendo, ac perſolui, & exburſari integrè faciendo, cæteraq; quæcunque in dictis Litteris demandata obſeruando, ac inuiolabiliter, & ad vnguē adimplendo promiſerunt, & ſeſe eiſdem nominibus dumtaxat, & non aliàs, &c. obligarunt, & pro pręmiſſis omnibus ad fauorem Montis præfati, eiuſq; pro tempore Mōtiſtarum non modo, exactiones, & prouentus ex Gabellis in dictis Litteris expreſſis percipiendos, & habendos, ſed etiam omnia, & ſingula dictæ

dictæ Communitatis bona, & iura, præſentia, & futura, etiam in ampliſſima Cameræ Apoſtolicæ forma hyppothecarunt. Prout latiùs in Inſtrumento per me, &c. deſuper recepto, & ſtipulato. Et in fidem. Cuius decreti tenor eſt, videlicet.

A dì 5. di Nouemmbre 1630.

FO fede, ed atteſto io Ottauio Magnanini Segretario dell'Illuſtriſſima Communità di Ferrara, che nel Conſeglio tenuto in Caſtello alla preſenza dell'Eminentiſſimo, e Reuerendiſſimo Sig. Cardinale Sacchetti Collegato, &c. ſotto il dì 23. di Luglio proſſimo paſſato, fù con lo Scrutinio ſegreto, e dal maggior numero de' voti paſſato partito, che ſi eleggeſſero, come in effetto furono eletti, quattro Deputati, ò Aggiunti per trouare, e pigliar danari per le ſpeſe del contagio, con auttorità, e facoltà ampliſſima vnitamente con l'Illuſtriſſimo Sig. Giudice, e Maeſtrato de' Saui di trattare, concludere, inſtrumentare, obligare, e far quanto ſarà neceſſario, e quanto potrebbono fare li Signori Conſiglieri medeſimi, e conſeguire con effetto da trenta, ò trentacinque milla ſcudi, come in detto partito. Al quale, &c. Che per eſſer così la verità, &c.

Il medemo Ottauio Magnanini Seg.

GL'IL-

GL'ILLVSTRISSIMI SIGNORI

Deputati ſono li quattro infraſcritti.

Sig. Conte Ceſare Eſtenſe Moſti.

Sig. Conte Luigi Roſſetti.

Sig. Orazio Trotti.

Sig. Aleſſandro Canani.

Ottauio Magnanini Segr.

Ità eſt Io: à Monetis Notarius Illuſtriſsimæ Communitatis Ferrariæ. In quorum fidem me ſubſcripſi, & ſignaui.

Locus ✠ *Signi.*

Digitized by Google

PRIVILEGI E GRATIE

Concedute dalla Santità di Noſtro Sign. Papa Vrbano Ottauo, al Monte della Sanità di Ferrara, e à Montiſti, e à chi ſaranno raſſegnati li luoghi di eſſo Monte.

1 HA conceduto Sua Santità, ed applicato à detto Monte, e Montiſti li redditi delle Gabelle impoſte di due quattrini, e mezzo ſopra ogni libbra di Sale, e di due quatrini ſopra ciaſcheduna libra d'Oglio da eſigerſi da qual ſi voglia eſſenti, e Religioſi nella Città, e ſuo diſtretto, liberi, ed immuni da ogni grauezza, peſo, impoſitioni, riſtoro, e caſo fortuito quanto ſi voglia impenſabile.

2 Che non ſolo debbano obligarſi à fauore de Montiſti le ſudette Gabelle, ma tutti li beni della Communità, ancora nella più ampla forma della Camera Apoſtolica; i quali oblighi ſono già fatti per rogiti del Notaio Moneta,

3 Che ciaſcheduna perſona dell'vno, e l'altro ſeſſo poſto in qual ſi ſia dignità, grado, e conditione anco Eccleſiaſtici, ſecolari, e regolari, non però Mendicanti d'ordine d'oſſeruanza, poſſa dare danari ſopra detto Monte, e riceuere aſſegnamenti de' luoghi di quello, ò più, intieri, ò mezzi.

4 Che li Montiſti riceuano ſei per cento, e hanno ogni due Meſi la rata del danaro, che c'impiegaranno, ſenza peccato, nè ſcrupolo di conſcienza, nè obligo di reſtitutione nell'vno, e nell'altro foro.

5 Che dette annue riſpoſte non poſſano eſſer denegate, nè differite à Montiſti per qual ſi voglia interdetto, ò ripppreſaglia, anco foſſi decretati, e relaſſati contro Città, Terre, Luoghi, Caſtelli, Signori, ſudditi, ò habitanti in genere, od in iſpecie, ancor per cagione di guerra, o qual ſi voglia diſobbedienza, ò ribellione, ò per qual ſi voglia altro preteſto penſati, ò non penſati.

6 Che per qual ſi voglia delitto, o delitti grauiſſimi, anco di leſa Maeſtà (eccettuato ſe foſſe contro il Sommo Pontefice, ò alcuno de

gli

gli Eminentiſſimi Signori Cardinali Legati, Vicelegati, ò Gouernatori di Ferrara) per i quali alcuni de' Montiſti foſsero condennati à morte, giuſtiziati, ò da condennarſi, e giuſtiziarſi, e ſi doueſsero confiſcare i loro beni, non ſi poſsano confiſcare li luoghi di detto Monte di que' tali, nè li frutti di eſsi, nè li danari, che foſsero ſtati poſti ſul detto Monte da chi haueſſe cauſa da quelli, mà poſſino à gli heredi di quelli ab inteſtato, più proſſimi, ò che per altro gli doueſſero ſuccedere.

7 Che li detti Montiſti, e chi per tempo poſſederà alcuno de' detti luoghi, poſſano diſporre per qualunque contratto trà viui, e per Teſtamenti, e Codicilli à fauore di qual ſi voglia perſone, anco illegittime, ed altri in tutto, e per tutto conforme alle facoltà concedute dalla Santità Sua, e da altri Romani Pontefici ſuoi Predeceſſori à gli altri Monti, e particolarmente di Roma, e di Bologna.

8 Che li detti Montiſti poſſano conſtituire frà loro vn Collegio, e hauere Ordini, Statuti, e ſegni Collegiali, e quelli mutare, e alterare à ſimilitudine de gli altri Monti

9 Che gli Illuſtriſſimi SS. Giudice, e Maeſtrato de' Saui con participatione, e conſenſo dell'Eminentiſſimo, e Reuerendiſſimo Sign. Cardinale Legato de Latere, poſſano eleggere, deputare, e rimonere Depoſitario, Notaio, e Campioniero di detto Monte, e dare loro li ſalarij, & honorarij reſpettiuamente de' frutti, e rendite di detto Monte.

10 Che il Monte ſudetto, Collegio, e perſone, che poſſederanno de' luoghi ſudetti, e gli aſſagnamenti loro, e le ragioni à loro per detta cagione conceduti, & aſſegnati, nè anco da Sua Santità, ò ſuoi Succeſſori Romani Pontefici pro tempore, non poſſano, nè debbano eſſer'aggrauati d'alcuna grauezza ordinaria, ò ſtraordinaria, ne poſſano eſſere ſcemati, ò in qualche parte leuati, ò ritenuti per cagione di qual ſi voglia ſomma di denaro impoſto per ſoſtentare le grauezze ſpettanti alla Santa Chieſa Romana, ò alla Santità Sua.

11 Che detto Collegio, e le perſone di quello non ſiano tenuti prouare doue ſarà ſtato ſpeſo il danaro, che ſi ritrarrà dalle raſſegnationi di detti luoghi di Monte.

12 Che il Breue ſpedito ſopra dette Grazie, e Priuilegio dalla Santità Sua, non poſſa eſſer notato, impugnato, ritrattato, poſto in dubio, ò controuerſia per nullità, difetto d'intentione, ò per qual ſi voglia altro difetto, e così comanda la Santità Sua, che ſia giudicato, e definito da qual ſi voglia Giudice ordinario, e delegato an-

co da gl'Illuſtriſſimi, e Reuerendiſſimi Auditori della Camera; ò Eminentiſſimi, e Reuerendiſſimi Signori Cardinali anco Legati à Latere, à quali tutti la Santità Sua hà leuata la facoltà di giudicare, & interpretare, altrimenti è dichiarato nullo, & inualido ciò che in contrario foſſe ſcientemente, ò inſcientemente da chi ſia, e con qual ſi voglia auttorità ſopra le coſe ſudette attentato.

13 Che non poſſa eſſer eſtinto detto Monte, ne ricuperati li luoghi di eſſo, ſe non dopò cinque anni cominciati a' 14. di Settebre 1630. certificandoſi però ciaſcuno, che detta eſtintione non può ſeguire mai, ſe non pagandoſi a' poſſeſſori di detti luoghi ſcudi cento per luogo.

14 Che à tranſonti di detto Breue, anco ſtampati, ſottoſcritti da qualunque publico Notaio, e firmati con ſigillo di perſona poſta in dignità Eccleſiaſtica, ſi dia la medeſima fede, che ſi dà allo ſteſſo originale. Di Maeſtrato dì 7. di Nouembre 1630.

Publ. il dì medeſimo.

Aſcanio Pio di Sauoia Giud. de Saui.

Octauius Magnaninus Secret.

ERECTIO

ERECTIO
Montis Sanitatis,
A Sanctiſsimo Domino Noſtro
VRBANO PAPA OCTAVO
CIVITATI FERRARIENSI
Nuperrimè impertita.

Et nonmodò proprijs fructibus locupletata, Verùm etiam ampliſsimis Priuilegijs munita.

VRBANVS PAPA VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

PATERNA de noſtris, & S. R. E. ſubditis cura, & ſollicitudo poſtulat, vt eorum commoditatibus, & ſaluti, quantùm cum Domino poſſumus, iugiter conſulamus. Cum itaque ſicut accepimus dilecti Filij Iudex, & Magiſtratus Sapientum Ciuitatis noſtræ Ferrarienſis ad auertendam, quantùm diuinæ placuerit miſericordiæ, contagionem in nonnullis Lombardiæ partibus graſſantem, varia, atque grauia expenſarum onera ſubeant; Nos vt Iudex, & Magiſtratus prædicti præmiſſa faciliùs, et minore; quo fieri poteſt, eorum incommodo peragere valeant, pro noſtro paſtoralis officij debito opportunè prouidere, illosq; ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, & illorum ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſiionis, & interdicti, aliisq; eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtūt, ad effectum pręſentium dumtaxat conſe-

quendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eiſdem Iudici, & Magiſtratui, vt in prædicta Ciuitate dumtaxat vnam duorum quatrinorum cum dimidio alterius ſimilis quatrini monetæ illarum partium ſuper qualibet libra Salis, & aliam gabellas tertiæ partis vnius bolognini ſuper qualibet libra olei imponere, eamq; a quibuſuis perſonis tàm ſęcularibus, quàm Eccleſiaſticis, ac cuiuſuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti etiam Mendicantium vtriuſq; ſexus Regularibus, hoſpitaliumque, & aliorum locorum piorum, & quocunque immunitatis, exemptionis, vel alio quouis priuilegio ſuffultis, etiam ſi de illis ſpecialis, ſpecifica, vel expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, exigere liberè, & licitè poſſint, & valeant, tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur. Præterea ſuper Gabellis vigore præſentium imponendis huiuſmodi, illarumq; exactione, & annuo redditu, qui, vt aſſeritur, ad ſummam ſeptem circiter millium ſcutorum monetæ aſſenſurus eſt, vnum Montem temporalem non vacabilem, & vt infra extinguibilem mille locorum cum annuo redditu ſex ſcutorum pro quolibet loco, ex quibus quidem mille locis trecenta, & quinquaginta dumtaxat per Iudicem, & Magiſtratum prædictos, reliqua verò ſexcenta, & quinquaginta loca huiuſmodi, non niſi de noſtra, ſeu pro tempore exiſtentis Romani Pontificis licentia vendi poſſint, pecuniæ verò ex eorumdem locorum Montium venditione prouenientes in alios vſus, quàm ad auertendam, quantùm Deo propitio fieri poterit, prædictam contagionem, ſeu æris alieni ea de cauſa contracti extinctionem, ſeù prout à Nobis deſuper mandatum fuerit, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & aliis arbitrii noſtri pœnis conuerti, & erogari nequeant, Apoſtolica auctoritate earumdem tenore præſentium erigimus, & inſtituimus, ac illi ſic erecto, & inſtituto, omnes, & ſingulos redditus, & prouentus ex gabellis vigore præſentium imponendis, earumq; exactione, vt præfertur faciendæ prouenturos, ab omni onere impoſitione, grauamine, & reſtauro, ac etiam quocũque caſu fortuito, quantumcunq; inexcogitabili liberos, immunes, & exemptos ex quibus fructus locorũ Montis prędicti, perſonis, in eo pecunias ſuas collocantibus ad rationẽ ſex pro centenatio annuatim perſoluantur, & quicquid ſupererit in ſolutionem expenſarum per Communitatem, & homines ob cauſam ſupra expreſſam factarum, ijsq; perſolutis in ipſius Montis extinctionem, vt infra faciendam omnino conuertatur, auctoritate, & tenore præ-

re prædictis applicamus, & appropriamus, ac titulo venditionis concedimus, tradimus, & aſſignamus, necnon perſonas prædictas, Collegium ex eis inſtituendis in locum dictorum Iudicis, & Sapientum in dictarum Gabellarum exactionem, pro concurrenti quantitate eorum crediti ponimus, ſubſtituimus, & ſubrogamus.

Volentes, quòd quęcunque vtriuſque ſexus perſonæ cuiuſcunque dignitatis, gradus, & conditionis exiſtentes, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, & Eccleſijs etiam Cathedralibus, & Metropolitanis, & Monaſterijs præſint, ac quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia Eccleſiaſtica obtineant, ac in ſacris etiam Presbyteratus ordinibus ſint conſtituti, & quorumuis, non tamen Mendicantium de obſeruantia ordinum, ac hoſpitalium, & mendicorum religioſorum, ac mulieres cuiuſcunque nominis, quamlitaris, & conditionis, præterquam illæ, quæ ratione regularis profeſſionis in aliquo ordine Mendicantium de obſeruantia, vt pręfertur, inhabiles, & incapaces exiſtunt, ſuper dicto Monte pro vna, vel pluribus portionibus integris, vel dimidijs quamcumque pecuniarum ſummam, iuxta tenorem præſentium ponere, & pro pecunijs ſic poſitis ad rationem ſex pro centenario annis ſingulis, & quolibet bimeſtri eorum ratam ſine aliquo peccato, & conſcientiæ ſcrupulo, ſeu reſtitutionis, vel ſatisfactionis onere in vtroq; foro, etiam abſque eo, quod eorum ſolutio quorumuis interdictorum, aut repræſaliarum, etiam forſan contra Ciuitates, loca, & Caſtra, aut Dominos, ſeu ſubditos, vel incolas in genere, vel in ſpecie, etiam ex cauſa belli, vel cuiuſuis inobedientiæ, ſeu rebellionis, etiam excogitatarum, inexcogitatarum decretorum, ſeu relaxatorum, aut quouis alio prætextu denegari, aut protrahi, vel differri queat, recipere, & habere, & quācunq; remiſſionem, & quālibet aliam diminutionē ex quibuſuis honeſtis, rationabilibus, ac neceſſarijs, & quātumuis vrgentibus, etiam inexcogitatis cauſis pro tempore faciendas ad damnum, & totale incommodum Camerę Ferrarienſis cedere, & pertinere debere, ita vt Conductores, ſeu Appaltatores dictarum Gabellarum ſingulo quoque bimeſtri integros redditus pro concurrenti quantitate eorum crediti dictis Collegio, & perſonis, ſeu eorum Depoſitario perſoluere teneantur, & in eo, quod ſuperfuerit, de dictis redditibus, & in ſubſidium in cæteris introitibus, & bonis dictę Camerę Ferrarienſi de remiſſione, aut diminutione prędictis refici debeant, ac etiam ſi læſæ Maieſtatis, aut alia quęcunque, & qualiacunque, & quantacunque grauia, & grauiſſima crimina, pręterquam in perſonam Romani Pontificis, aut alicuius perſonæ Sanctę Rom. Eccl. Cardinalis, ac Legatorū, Vicelegatorum, vel Guberna-

bernatorum Ferrarienſium pro tempore exiſtétium committerentur, & propterea vltimo ſupplicio condemnati, & traditi, ſeu condemnandi, & tradendi forent, ac omnia eorum bona ſint confiſcata, vel confiſcanda de locis, & poctionibus Montis huiuſmodi, & emolumentis ſibi ex eo ſpectantibus, necnon pecunijs per eos, qui ab ipſis cauſam habuerint ſuper eodem Monte poſitis, ita ſtatuimus quod nullatenus confiſcari, aut ad inſtantiam quorumcunque creditorum, vel alias aliquo modo ſequeſtrari, vel impediri ſine licentia Legati pro tempore poſſint, ſed ad eorum ab inteſtato hæredes, ſeu proximiores, aut alias ſuccedere habentes tranſeant, ac de eis liberè in teſtamento, vel codicillis, aut quocumque contractus inter viuos, in quoſcunque etiam illegitimos, & alios, ac in omnibus, & per omnia iuxta facultates alijs Montibus, & præſertim Almæ Vrbis noſtræ, & Ciuitatis noſtræ Bononienſis per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam Nos conceſſas diſponere, & vt perſonæ pecunias ſuper dicto Monte ponentes, & habentes Collegium inter ſe conſtituant, ac Collegialium iura, & inſignia, ſtatumque, & ordinationes ad inſtar aliorum Montium habeant, illaq; mutare, & alterare, necnon poſſeſſionem, ſeu quaſi exactionis annui redditus huiuſmodi pro rata pecuniarum, quas in eodem Monte poſuerint propria auctoritate, & abſq; alio iuris, ſeu Iudicis miniſterio, vel mandato etiam Iudicis, & Magiſtratus prædictorum, aut aliorum quorumcunque appræhendere, & perpetuò retinere liberè, & licite valeant, & quod Gabellarum prædictarum Conductores, ſeu Appaltatores antequam ad ipſarum poſſeſſionem admittantur de ſoluendis dictis Collegio ex perſonis, vel earum Depoſitario dictos annuos redditus pro quantitate eorum crediti ſingulo bimeſtri integrè, & ſine aliqua diminutione, vt ſupra promittere, & ad hoc ſe ſe principaliter, & inſolidum etiam in forma Cameræ Apoſtolicæ cum iuramento, & alijs clauſulis opportunis, & neceſſariis obligate, ac idoneos fideiuſſores pręſtare teneantur, & quod quicunque ad dandam inueſtituram in aliqua re immobili tuta, & ſecura etiam cũ iuramento obligatus, dando aliquam ratam, & partem dicti Montis ęquiualentem pretio per eum inueſtiẽdo obligationi ſuę ſatisfeciſſe cenſeatur, & ſuper illo pecunię pro mulieribus nuptui dandis aſsignari poſſint; Ac mons ipſe, illiuſque ſingulę portiones, & loca ab illa pro tempore poſſidentibus liberè, vel cum pacto recuperandi alijs reſignari, & ſi liberè nulla in inſtrumento reſignationis, aut Campiono facta mentione, quod loco rei immobilis dentur, liberè etiam aliis cedi, & reſignari poſſit, ita quod ille, & illa alias quàm in inſtrumento contractus,

aut

aut Campiono exprimatur obligari, aut hypothecari nequeat, ſed illás, & illa acquirentes tuti ſint, & ſecuri, quòd illas, & illa emen- tes tuti ſint, & ſecuti, quod ille, & illa ab omni onere, & hypotheca prorſus, & omninò liberæ, & libera exiſtant, dictiq; Iudex, & Magiſtratus cum participatione tamen, & conſenſu dilecti filij noſtri moderni, & pro tempore exiſtentis in Ciuitate, & Ducatu Ferrarienſibus noſtris de latere Legati Depoſitariũ, Notariũ, & Camploneriũ, ac alios quoſcunque Officiales deputare, ac eum participatione, & conſenſu ſimilibus amouere, illisq; ex fructibus, & redditibus eiuſdem Montis ſalaria, & honoraria reſpectiuè conſtituere, & deputare liberè poſſint, & valeant, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus, vltra quæ ſalaria, & honoraria à dilecto filio noſtro moderno in dicta Ciuitate, & Ducatu de Latere Legato dictis Secretario, & Camplonerio aſſignata annuorum ſcutorum centum octo in totum, eidem Collegio, & perſonis alia ſcuta triginta ex fructibus, & redditibus dictarũ Gabellarum eius, & eorum arbitrio in alijs ſuſtinendis oneribus, & expenſis pro dicti Collegij, & conſeruatione erogãda, nec non etiam facultatem dictos Secretarium, Camplonerium, & Depoſitarium electos cum ſolo conſenſu eiuſdem, vel pro tempore exiſtentis de latere Legati ammouendi, & mutandi, dictis ſalario, & honorario non alteratis, eadem auctoritate concedimus, & impartimur. Decernentes has noſtras conceſſiones tàm reſpectu eorum, qui poſtea pecunias ſuper dicto Monte ponent, quàm eorum, qui hactenus poſuerunt effectum ſuum ſortiri debere.

Decernentes inſuper Montem, & Collegium, ac perſonas huiuſmodi, eorumque aſſignamenta, & iura quęcunque per eos eis, vt pręfertur conceſſa, & aſſignata etiam per Nos, ac dictam Sedem, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, aliquo grauamine, ſeu ordinario, vel extraordinario, onere affici, aut ratione cuiuſcunque pecuniarum ſummæ eidem pro ſubſtentatione onerum Romanæ Eccleſiæ, aut nobis incumbentium, ſeu quacunque alia etiam ex vrgentiſſima, & efficaciſſima cauſa pro tempore impoſito minui, aut ex eis aliquam partem auferri, vel retineri nullatenus poſſe, vel debere, neque Collegium dicti Montis, illiusque perſonas ad probandum in quos vſus dictæ pecuniæ conuerſæ fuerint, tenori, præſentesq; literas de nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quocunque alio defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut quoquo modo in ius, vel controuerſiam reuocari nullatenus poſſe. Sicq; per quoſcunque iudices ordinarios, & delegatos, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores

tores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpetandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi quid ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcientèr, vel ignoranrèr contigerit attentari. Volumus autem, vt Iudex, & Magiſtratus, ac deputati prædicti Montem huiuſmodi modo, & forma infraſcriptis redimere, & extinguere, ac ad id etiam ad fauorem Montiſtarum, non ſolùm fructus earundem Gabellarum, ſed etiam ſe ſe, ac omnia, & ſingula Cameræ Ferrarienſis bona efficaciter obligare, etiam in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ omninò teneantur, vtque præfatæ impoſitiones extincto Monte, eo ipſo extinctæ etiam exiſtant, neque vlterius exigi poſſint, quòdq; redéprio, & extincto Montis huiuſmodi fieri nequeant, niſi elapſo quinquennio a data præſentium computando, & deinde omninò fieri debeant per Iudicem, & Magiſtratum prædictos coram eodem Cardinali Legato, ſeu eius Vicelegato ijs modo, & forma, quibus redemptiones, & extinctiones Montium Almæ Vrbis noſtræ prædictæ fieri conſueuerunt. Non obſtantibus piæ me. Pij Papæ IIII. prædeceſſoris noſtri de gratijs intereſſe Cameræ concernentibus in eadem Camera infra certum tempus præſentandis, & regiſtrandis, ac quibuſuis alijs Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis præſertim fel. rec. Simmachi, quæ incipit; Non liceat; ac aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, & noſtris, nec non in vniuerſalibus, Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs, Edictis generalibus, vel ſpecialibus, nec non Ciuitatis Ferrarienſis huiuſmodi, alijsq; Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis, quoque indultis, exemptionibus, immunitatibus, & libertatibus, ac literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia: ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut conciſtorialiter, ſeu aliàs quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis; eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac indiuidua, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quauis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda ſit, etiam ſi in eis caueatur expreſsè, quòd illis nullatenus derogari poſſit, eorumque cauſam, &

effectum

effectum præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis, nec non modos, & formas ad id ſeruandas pro indiuiduo ſeruatis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem proiſus vbique fides adhibeantur, quę ipſis pręſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, Die xvi. Septembris, milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo, Pontificatus Noſtri Anno Octauo.

M. A. Maraldus.

CHIRO-

CHIROGRAFO PRIMO,

Di Luoghi ducento cinquanta.

Monſig. DVRAZZI Noſtro Theſoriere Generale.

CI contentiamo, che il Giudice, & Magiſtrato de' Sauij della noſtra Città di Ferrara poſſino delli luoghi mille del Monte della Sanità, che detta Communità in virtù della facoltà conceſsagli da Noi, hà eretto in d. Città per ſeruitio di eſſa, oltre gli altri luoghi trecento cinquanta di già eretti, venderne ſino à luoghi doicento cinquanta, e & valerſi del prezzo di eſſi per li biſogni, che ne hà per difenderſi dal contagio, con participatione del Reuerendiſs. Card Legato, ordiniamo a voi, che in conformità di queſta noſtra volontà gli ne ſpediate la licenza, e diate gl'ordini, che ſarāno neceſſarij, che così è mente noſtra, non oſtante il Breue dell' Erettione del detto Monte ſpedito da Noi, il cui tenore vogliamo, che s'abbia per eſpreſſo nella preſente, & ogni altra coſa, che faceſſe in contrario, alle quali per queſta volta ſolamente deroghiamo.

Dat. nel noſtro Palazzo Apoſtolico in Vaticano li 4. di Gennaro 1631.

VRBANVS PAPA VIII.

Supradictum Sanctiſſimi Domini Noſtri Chirographum extractum fuit ex ſuo originali in actis mei, &c. exiſtenti, cum quo collationatum concordat, ſalua ſemper, &c. Et in fidem, &c. hac die 4. Ianuarij 1631.

Ita eſt Ruffinus Plebanus Cam. Apoſt. Not.

Conce-

Concediamo licenza alli ſuddetti SS. Giudice, e Magiſtrato de' Sauij di Ferrara di poter vendere li ſudetti L. 250. del Monte della Santità, e valerſi del prezzo d'eſſi conforme ſi diſpone nel ſudetto Chirografo, & in fede, &c. Dat. li 4. Gennaro 1631.

S. Durazzo Theſoriere Generale.

Die prima Maij, Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Dom. Stephanus Duratius S. D. N. Papæ, & Reu. Cameræ Apoſt. Generalis Theſaurarius, in executionem, & vigore ſupradicti Chirographi originale in actis mei exiſtit, impartitus fuit Illuſtriſs. Iudici, & Magiſtratui Ciuitatis Ferrariæ licentiam, & facultatem in dicto Chirographo expreſſa, iuxta illius tenorem, & cum conditione in eo appoſita in omnibus, & per omnia. In fidem, &c.

Dat. Romæ hac die 10. Maii 1631.

S. Duratius Theſaur. Generalis.

Ruffinus Plebanus.

Præſens ſupraſcripti S. D. N. Chirographi ſumptum extractum fuit ex ſuo originali in actis mei, &c. exiſtenti, cum quo collationatum concordat, ſalua ſemper, &c. & in fidem, &c. hac die 14. Iunij 1631.

Ita eſt Ruffinus Plebanus Cam. Apoſt. Not.

Digitized by Google

Die 19. Nouembr. Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Stephanus Duratius Sanctiſs. D. N. Papæ, & Reu. Cameræ Apoſt. Generalis Theſaurarius, in executionem, & vigore Chirographi, eius originale in actis, &c. mei, &c. extitit, impartitus fuit licentiam Illuſtriſs. Iudici, & Magiſtratui Sapientum Illuſtriſs. Ciuitatis Ferrariæ vendendi, & alienādi alia loca centum Montis Sanitatis ad effectum in dicto Chirographo expreſſum, & ſeruata forma eiuſdem Chirographi in omnibus, & per omnia, &c. Et in fidem, &c. Hac die 19. Nouembris 1631.

Ita eſt Ruffinus Plebanus Cam. Apoſt. Not.

Locus ✠ Signi.

Regiſtratum in libro 1. Reſignationum Montis Sanitatis Ferrariæ fol. 167.

Præſens ſupraſcripti S. D. N. Chirographi ſumptum extractum fuit ex ſuo originali in actis mei, &c. exiſtenti, cum quo collationatum concordat, ſalua ſemper, &c. Et in fidem, &c. hac die 9. Ianuarij 1632.

Ita eſt Ruffinus Plebanus Cam. Apoſt. Not.

Regiſtratum in Libro Reſignationum Montis Sanitatis Ferrariæ, fol. 168.

CHIRO-

CHIROGRAFO QVARTO,

Di Luoghi Ducento.

Monſig. DVRAZZI Noſtro Theſoriere Generale.

CI contentiamo, che il Giudice, & Magiſtrato de' Sani della noſtra Città di Ferrara poſſino vendere li luoghi 200. che reſtano delli luoghi mille del Monte della Sanità, che detta Cõmunità di Ferrara in virtù della facoltà conceſſa da Noi hà eretto in detta Città, e valerſi del prezzo d'eſſi per pagare gli vtenſili della Soldateſca, & altri debiti fatti per occaſione di detti vtenſili, con participatione del Reuerendiſſimo Cardinal Legato, con conditione però, che ſe non baſtaſſe il denaro, che reſtarà per ſupplire alle ſpeſe da farſi per ſeruitio della Sanità conforme la detta facoltà, ſia obbligata la Communità di ſomminiſtrare nel [illegible] delle dette ſpeſe il denaro, che biſognarà ſino alla ſomma equiualente al prezzo delli detti luoghi ducento, & ordiniamo à voi, che in conformità di queſta noſtra volontà gli ne ſpediate la licenza, e diate gli ordini, che ſaranno neceſſarij che così è mente noſtra, non oſtante il Breue dell' Erettione del detto Monte ſpedito da Noi, il tenore del quale vogliamo, che ſi habbia per eſpreſſo nella preſente, & ogni altra coſa, che faceſſe in contrario, alle quali per queſta volta ſolamente deroghiamo.

Dat. nel noſtro Palazzo in Vaticano li 28. di Febraro, 1632.

VRBANVS PAPA VIII.

Die

Præſens ſupraſcripti S. D. N. Chirographi ſumptum extractum fuit ex ſuo originali in actis mei, &c. exiſtenti, cum quo collationatum concordat, ſalua ſemper, &c. & in fidem, &c. Hac die 17. Martij 1632.

Die prima Martij 1632. Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Stephanus Duràtius S. D. N. Papæ, & R. Cameræ Apoſt. Generalis Theſaurarius, in executionem, & vigore ſupradicti Chirographi impartitus fuit licentiam Illuſtriſs. Iudici, & Magiſtratui Sapientum dictæ Ciuitatis Ferrariæ agendi; & exequendi omnia; & ſingula in dicto præinſerto Chirographo contenta, & expreſſa, iuxta formam, ac tenorem dicti Chirographi, in omnibus, & per omnia, & in fidem, &c. Hac die ſupradicto xvij. Martij 1632.

Ita eſt Ruffinus Plebanus Cam. Apoſt. Not.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX

Breuium, & Indultorum

CLEMENTIS PAPÆ VIII.

CONSILII Centumuiralis, & Magiſtratus Decemuirum Inſtitutio. pag. 1
Erectio, & Conſtitutiones Almæ Rotæ. pagina 17
Conſtitutio ſuper ſolutione Cenſuum anni 1598. 32
Chirografo, nel quale commanda, che ſieno inueſtiti quelli Cittadini, che aueuano Molini, Poſte, Paſſi, Hoſterie, &c. pagina 34
Editto, & Motuproprio ſopra il pagamento de Canoni, Cenſi, e Liuelli alla Reuerenda Camera Apoſtolica. 36
Approbatio, & Confirmatio exemptionum, & immunitatum varij generis. 39
Breue, quo concedit Ciuitati Ferrariæ retinere poſſe Oratorem apud Pontificem, & in Romana Curia. 46
Breue ſuper facultate eligendi Notarios Rotæ. 46
Breue ſuper confirmatione contractus initi cum Societate Mortis. pagina 47
Breue ſuper Bonis ingredientium Monaſteria. 50

Breue ſuper Bonis emphiteoticis, ac patrimonialibus, & ſuper illegitimis, & incapacibus. pag. 53
Chirografo nel medeſimo ſoggetto. 55
Breue, quo declarat omnes exemptos teneri concurrere ad laboreria Padi, & ad excauationem conductuum publicorum. 57
Breue, in quo confirmat priuilegia Studij Generalis. 60
Breue, quo gratiæ ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinale Aldobrandino conceſſæ, Populo Ferrarienſi confirmantur. 63
Moderamento delle Gabelle. 64
Moderatio ad Breue indultum circa Bull. Pij V. de illegitimis. 71
Breue de cauſis non auocandis. 75
Breue ſuper inſtitutione Zecchæ. 77
Breue de duobus quadrantibus ſuper vnaquaque libra ſalis exigendis in manutentionem Studij Generalis. 80
Breue, quo conceduntur priuilegia, & immunitates Collegijs Doctorum, & Vniuerſitati Scholarium Studij Generalis. 84
Breue, vt omnes Eccleſiaſtici ad publica onera concurrere debeant, &c. 87
Breue, quo prorogatur extractio frumenti, &c. 90
Breue in ſubſidium Sacri Montis Pietatis. 92
Breue, quo declarat omnes exemptos teneri concurrere ad cuſtodias, opera, laboreria, expenſas, & factiones Fluminis Padi, & Aquarumductuum. 99
Declaratio, vt quicumque Priuilegiati contribuere teneantur oneribus publicis, & contributionibus ad Communitatem pertinentibus. 103
Breue ad D. Cardinalem Sanctum Clementem ſuper bonificatione Fluminis Padi. 107

INDEX

INDEX

Breuium, & Indultorum

PAVLI PAPÆ QVINTI.

BREVE in ſubſidium Sacri Montis Pietatis ; pagina 115
Decreto ſopra le rinonzie delle Monache. 124
Breue, quo confirmantur omnia Breuia, Indulta, & Priuilegia à Clemente Papa VIII. Communitati Ferrarien. conceſſa. 126
Breue, quo confirmatur Statutum, quod Patres, & Aui non priuentur legitima filiorum pro eorum delictis quoad vixerint. 128
Breue, in quo diuiditur onus expenſarum in opere exſiccationis factarum, & faciendarum. 131
Breue de vno quadrante ſuper vnaquaque libra carnis exigendo in ſolutionem fructuum Montis Sixti pro bonificatione facienda erecti. pagina 134
Breue ſuper Dacio Tranſitus Piſcium Traghetti. pag. 138
Breue, quo licentia, & facultas Padi Ferrariæ, ac Volani nuncupatos Alueos excauandi, eiſq; Scultennę, vulgò Panarię, & Canalis Mutinenſis, introducendi, ſeù reducendi aquas Ferrarienſibus conceditur. 142
Breue, quo prorogatur gabella carnis, & augmentũ datii piſcis, 146

Breuia, & Indulta Pauli Papæ V.

Chirographum, quo conceditur Perſonas omnes, quæ à Reuerenda Camera in fœdum Poſtas Plateæ obtinuerunt, teneri ſoluere Communitati Canones omnes hactenùs debitos, & in futurum debendos. 153

Chirographum, quo Illuſtriſſimæ Communitati duo paſſus Rheni conceduntur. 156

Chirographum, quo prorogantur gabellæ nuncupatæ della Galera, e punta d'Arriano. 161

Breue, quo declarat omnes Laicas perſonas exemptas ad Cloacarum conſeruationem, & expurgationem teneri concurrere. 169

Breue, vt omnes Eccleſiaſticæ perſonæ tàm ſeculares, quàm cuiuſcunque ordinis exemptæ contribuere, prout Laici, ad Cloacarum conſeruationem, & expurgationem teneantur. 171

Declaratio Breuis Clementis Papæ VIII. ſuper bonis ingredientium Monaſteria. 174

Breue Erectionis Hoſpitalis Paup. Mendicantium. 179

Breue, quo vltra Eleemoſynas per Monaſteria, Loca Pia, & aliàs erogari, etiam omnes per Sindicum Pauperum colligi, & diſtribui ſolitas Hoſpitali Mendicantium perpetuò concedit. 181

Bulla ſuper decimis, & Iuribus Eccleſiarum. 184

Breue, quo concedit facultatem demoliendi Clauicas. 207

INDEX

INDEX
Breuium, & Indultorum
GREGORII PAPÆ XV.

BREVE, quo confirmantur omnia Breuia, & Indulta, ac Priuilegia Clementis Papæ Octaui, & Pauli V. pagina 211
Breue, quo conceditur, vt quæcunque Beneficia pro tempore vacantia, ac annuæ penſiones ſuper illorum fructibus conferri nequeât alijs, quàm Ciuibus Ferrarienſibus. 213
Notificatione della gratia fatta alla Città in materia delle Gabelle delle Permute. 215
Chirographum, quo prorogantur Gabellæ nuncupatæ della Galera, e della Punta d'Artiano, 217
Breue ſuper ſolutione pro contractibus permutationum facienda. pagina 227
Chirographum ſuper impoſitione Gabellæ Paſtorum Forenſium, pagina 229
Breue, quo confirmatur conceſſio Appaltus Pellium etiam priuatiuè quò ad alios. 234
Breue, quo conceditur, vt de cætero etiam dignitates, tàm Cathedralis,

lis, quàm aliarum Eccleſiarum Ciuitatis Ferrarienſis aliis, quàm eiuſdem Ciuitatis, ſeù illius Territorii Ciuibus conferri nullo modo poſſint. 237

Chirographum ſuper impoſitione Gabellæ Paſtorum forenſium, pagina 239

INDEX

INDEX
Breuium, & Indultorum
VRBANI PAPÆ VIII.

BREVE, quo confirmatur Indultum Gregorij Papæ XV. circa bona fęudalia in Ciuitate, & diſtrictu vacantia Ciuibus originarijs, ac proximioribus conferenda. pagina 247
Breue, quo iniungitur vtrique Clero, vt ad Cloacarum expurgationem pro terminis decuſſis concurrere debeat. 251
Breue, quod executio cauſarum non retardetur, aut ſuſpendatur, ſi quis ad Vrbem recurſum habuerit. 255
Breue, quod de cætero locus Aduocati Conciſtorialis Com. Antonio Montecatino conceſſus, niſi alijs Ciuibus originatijs Ferrarien. cōcedi nequeat. 257
Chirographum, quo concedit Auditoribus Rotæ Ferrarienſ. exēptionem à ſolutione portuum litterarum. 260
Decretum, quo mandat, nè in cauſis Ciuitatis, & Ducatus relaxentur Monitoria in vim Eugenianæ. 263
Chirographum, quo confirmatur prorogatio gabellæ nuncupatæ della Galea, e Punta d'Artiano. Et conceſſio duorum Paſſuum Rheni. 266
Chirographum, quo concedit annuum cenſum pro Piſcatione Aluei Padi

Padi Volanæ à Bondeno, vſque ad Mare per Communitatem Ferratiæ debitum, in eadem Ciuitate Reuerendæ Cameræ ſolui poſſe. pagina 269
Chirographum, quo conceditur Perſonas omnes, quæ à Reu. Camera in fœudum Poſtas Plateæ obtinuerunt teneri ſoluere Communitati Canones omnes hactenùs debitos, & in futurum debendos. pagina 273
Chirographum, quo cõcedit Illuſtriſſimo Magiſtratui exemptionem non ſoluendi portus litterarum. 276
Breue conceſſum Ciuibus Ferrarien. Cameræ Apoſtolicæ fœudatarijs, vt renouationes Inueſtiturarum de xxix. in xxix. annis fiant in Ciuitate. 279
Breue, quo tribuit facultatem Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Cardinali Sacchetto Legato, remittendi caducitates ob non ſolutos Canones, & ſuper illis concordandi. 283
Breue, in quo prorogatur gabella vnius quatteni ſuper vnaquaque libra carnis ad triginta annos. 287
Breue, quod executio, ſeu proceſſus ad vlteriora non retardetur, ſi quis à ſententijs diffinitiuis, aut etiam interloquutorijs appellauerit, vel aliàs ad Vrbem recurſum habuerit. 293
Conceſſio iuris piſcandi in Alueo Padi Volanæ à Terra Bondeni vſque ad Mare Communitati ad publicum beneficium facta. 296
Breue, in quo concedit facultatem renouandi inueſtituras in Ciuitate. pagina 302
Erectio Montis Sanitatis. 307
Priuilegi, e gratie concedute al Monte della Sanità, Montiſti, e à chi ſaranno raſſegnati li luoghi di eſſo Monte. 318
Erectio Montis Sanitatis 321
Chirografo primo di luogi ducento cinquanta. 328
Chirografo ſecondo di luoghi cento. 330
Chirografo terzo di altri luoghi cento.
Chirografo quarto di luoghi ducento. 334

I L F I N E.

Digitized by Google